

## Campus. Ausgabe A. Lektionstexte

<a href="#">Lektion 1</a>	<a href="#">Lektion 2</a>	<a href="#">Lektion 3</a>	<a href="#">Lektion 4</a>	<a href="#">Lektion 5</a>	<a href="#">Lektion 6</a>
<a href="#">Lektion 7</a>	<a href="#">Lektion 8</a>	<a href="#">Lektion 9</a>	<a href="#">Lektion 10</a>	<a href="#">Lektion 11</a>	<a href="#">Lektion 12</a>
<a href="#">Lektion 13</a>	<a href="#">Lektion 14</a>	<a href="#">Lektion 15</a>	<a href="#">Lektion 16</a>	<a href="#">Lektion 17</a>	<a href="#">Lektion 18</a>
<a href="#">Lektion 19</a>	<a href="#">Lektion 20</a>	<a href="#">Lektion 21</a>	<a href="#">Lektion 22</a>	<a href="#">Lektion 23</a>	<a href="#">Lektion 24</a>
<a href="#">Lektion 25</a>	<a href="#">Lektion 26</a>	<a href="#">Lektion 27</a>	<a href="#">Lektion 28</a>	<a href="#">Lektion 29</a>	<a href="#">Lektion 30</a>

### Lektion 1: Besuch beim Großvater

#### 1 E2

1. Cornelia puella est. Cornelia et Iulia puellae sunt.
2. Iulia ridet. Puellae rident.
3. Servus tacet. Servi tacent.
4. Avus monet. Servi parere debent.

#### 1 T2: Ein Pferd in Gefahr

Cornelia puella est. Iulia puella est. Cornelia et Iulia puellae sunt.  
Cornelia ridet. Iulia non ridet. Cur Iulia non ridet? Equus non paret.

Avus monet: „Equus parere debet. Quid equus timet?“

Iulia: „Oculus dolet.“ Avus: „Cur oculus dolet?“

Cornelia et Iulia rident. Et Homilia serva ridet:

„Nunc oculus non iam<sup>1</sup> dolet. Nunc equus paret.“

Syrus et Lydus non rident; servi tacent.

Cur servi tacent?

<sup>1</sup> non iam nicht mehr

#### 1 E3

1. Avus monet. Avus puellam monet. Avus servum monet.
2. Avus Corneliam et Iuliam monet. Avus puellas monet.
3. Avus Syrum et Lydum monet. Servos monet.

### 1 T3: Sprachprobleme

Hic avus est; avus dominus est. Ibi Homilia serva sedet. Avus servam monet; serva non tacet, sed paret et respondet.  
Sed Syrus et Lydus tacent. Cur tacent? Cur servi dominum timent?  
Nunc avus servos monet: „Quis murum auget? Quis vias terget<sup>1</sup>?  
Quis ...?“

Nunc et Cornelia servos monet. Sed servi non respondent.  
Servi dominum non timent; neque Corneliam timent; servi neque dominum neque puellas timent.  
Quid servos terret? Lingua servos terret. Nam servi linguam timent.

<sup>1</sup>tergere reinigen

Ω

## Lektion 2: Aufregende Tage

### 2 E1

1. Serva timet. Cornelia: „Quid times?“
2. Serva: „Linguam timeo. Et Syrus linguam timet. Linguam timemus.“
3. Cornelia: „Cur linguam timetis?“
4. Serva: „Respondere debemus.“
5. Cornelia: „Cornelia sum.“
6. Homilia: „Puella es.“
7. Cornelia: „Et ibi Iulia est. Puellae sumus.“
8. Homilia: „Puellae estis.“ Cornelia et Iulia puellae sunt.

### 2 T1: Nachhilfeunterricht

Puellae gaudent. Et Rufus amicus gaudet.  
Nunc Rufus Syrum servum docet.  
Rufus: „Syrum doceo. Syrum docere studeo.“  
*Zu Syrus gewandt:* „Hic tabula est.“  
Rufus tabulam tenet: „Tabulam teneo.“

Rufus tabulam praebet: „Nunc tabulam tenes.“  
Iam Syrus servus tabulam tenet. Primo tacet,  
sed tum respondet: „Tabulam te ..., ti ...,  
time ... o.“  
Rufus ridet: „Tabulam non times, sed tabulam  
tenes.“ Nunc servus respondet: „Tabulam  
teneo.“  
*Syrus gibt die Schreibtafel zurück:* „Tabulam tenes.“

Tum Cornelia et Iulia Lydum servum docent:  
„Puellae sumus. Equos tenemus. – Servus es.  
Equum tenes.“ Lydus servus recte respondet:  
„Servus sum. Equum teneo. – Puellae estis.  
Equos tenetis.“ Puellae et Rufus amicus  
gaudent:  
„Nunc linguam non iam timetis. Saepe ridetis,  
numquam tacetis.“ Et Lydus respondet:  
„Recte! Nunc ridemus, non iam tacemus.“

## 1

### **2 E2**

1. Cornelia tabulam praebet.  
Puella servo tabulam praebet.
2. Puella Syro et Lydo tabulam praebet.  
Puella servis tabulam praebet.
3. Tum puella Homiliae tabulam praebet.  
Puella servae tabulam praebet.
4. Serva puellae respondet.
5. Puellae servos docent. Servi puellis respondent.

### **2 T2: Geisterstunde**

Quid est? Soni puellas terrent. Quid ibi latet? Subito larva<sup>1</sup> appareret<sup>2</sup>.  
Larva gladium tenet et ridet: „Gladium teneo, puellas torquere studeo.  
Neque avo neque domino pareo. Neque servae neque servo pareo.  
Sceleratus sum.“ Iulia iam flet; nam larvae puellas torquere placet.

Sed Cornelia ridet et gaudet:  
„Quis es? Neque dominis neque servis  
pares. Cui pares? Cur non respondes?  
Es ...“  
Subito Cornelia tacet. Nam Syrus et  
Lydus apparent – et statim larvam tenent.  
Nunc etiam larva tacet. Cornelia iterum  
ridet; nam larva Rufus amicus est.  
Nunc puellis et servis ‚Rufum larvam‘  
terrere et torquere placet. Itaque  
puellae gaudent et servis respondent:  
„Non tantum servi estis; nunc etiam  
amici estis.“

<sup>1</sup>larva Gespenst - <sup>2</sup>apparere erscheinen

## 2

### **2 E3**

1. Iulia flet. Avus: „Cur fles, Iulia? Responde!“
2. Rufus tacet. Avus: „Cur taces, Rufe? Responde!“
3. Respondete, Iulia et Rufe!“
4. Cornelia: „Rufus puellas torquet. Sed Syrus et Lydus amici sunt.“
5. Avus: „Este amici, Rufe, puellae, servi! Es amicus etiam tu, Rufe!“

### **2 T3: Angst vor einem Unwetter**

Puellae: „O ave! Equi cibum non iam habent. Cibum complere  
debemus.“

Statim avus servos monet: „Complete copias, servi! Praebe equis cibum,  
Lyde! Praebe equis etiam aquam, Syre! Parete, servi!“

Sed quid nunc est? Cur avus subito tacet? Quid avum terret?  
Venti avum terrent. Nam saepe venti silvas et vicos et villas delent.  
Puellae tantum adhuc gaudent et rident. Itaque avus puellas monet:  
„Tace, Cornelia! Tace, Iulia! Tacete, puellae! Venti populos terrent, sed  
venti Aeolo deo parent. Aeolus deus ventos retinere<sup>1</sup> debet.“ Puellae avo  
parent et statim tacent.

„Aeole! Venti tibi<sup>2</sup> parent. Retine nunc ventos, Aeole!“  
Et profecto: Venti deo parent et tacent. Venti neque vicum neque  
villam neque silvas delent. Itaque avus Aeolo deo gratiam habet:  
„Aeole! Nunc ventos timere non iam debemus. Semper tibi gratiam  
habemus.“

<sup>1</sup> **retinere** zurückhalten - <sup>2</sup> **tibi** dir

1

## Lektion 3: Zurück nach Hause

### 3 E1

1. Ventus villam delet. Ventus villam amici delet.
2. Ventus etiam villas amicorum delet.
3. Ventus equum terret. Ventus equum puellae terret.
4. Ventus semper equos puellarum terret.

### 3 T1: Straßenschäden

„Vale, Iulia! Vale, Cornelia! Valete, puellae!“  
Cornelia tacet, Iulia iam flet. Avus lacrimas Iuliae videt. Lacrimae  
puellae etiam Homiliam movent. Itaque serva avi puellis ficos<sup>1</sup> praebet.  
Puellae gaudent, sed adhuc tacent; tandem respondent: „Vale, ave! Vale,  
Rufe! Vale, Homilia! Vale, Lyde! Valete!“

Mox Cornelia et Iulia villam avi non iam vident. Sed subito turbam  
vident. Iulia: „Quid ibi video? Quid est? Turbam sceleratorum video.“  
Cornelia: „Tace, Iulia! Non turbam sceleratorum vides, sed silicarium<sup>2</sup>  
et servos silicarii vides.“

„Saepe violentia<sup>3</sup> aquae et ventorum vias delet. Itaque servi vias  
renovare<sup>4</sup> debent. Mox via iterum patet.“

Tandem muros et insulas Romae vident. Mox etiam turbam  
amicorum et amicarum vident; amici et amicae iam gaudent:  
„Salve, Iulia! Salve, Cornelia! Salvete, amicae!“  
Puellae rident; nam laetitia amicorum et amicarum  
etiam laetitiam puellarum auget.

<sup>1</sup> **ficus** Feige - <sup>2</sup> **silicarius** Straßenarbeiter - <sup>3</sup> **violentia** Gewalt -  
<sup>4</sup> **renovare** ausbessern

1

### 3 E2

1. Dominus servam monere debet. Serva cibos parare debet.
2. Serva semper cibos domini parat.
3. Dominus vocat: „Para cibos, Homilia! Parate cibos, servi!“
4. Syrus: „Statim cibos paro.“
5. Syrus et serva cibos parant.
6. Cornelia intrat et rogat:
7. „Cur cibos paras, Homilia? Cui cibos paratis, servi?“
8. Homilia et servus: „Domino cibos paramus.“

### 3 T2: Zum Abendessen: Käse und Oliven

Syro servo placet dominae respondere et dominam rogare; nam  
linguam nunc amat. Dominam rogat: „Cur tu<sup>1</sup> cibos paras, domina?  
Cur tu laboras, domina? Cur puellae non laborant?“  
Itaque Quintus puellas nunc vocat: „Iulia, propera! Cornelia, propera!  
Properate! Cenam parare debetis.“ Filiae properant; statim intrant.  
Et Gaius amicus intrat.

Quintus: „Parate caseum<sup>2</sup> et olivas<sup>3</sup>, filiae! Tum mensam ornate!“  
Puellae: „Primo mensam ornamus. Tum caseum paramus, ... non olivas.  
Nam Gaius olivas non amat.“  
Gaius: „Sic est. Olivas non amo, sed caseum et fabas<sup>4</sup> amo.“  
Corinna: „Parate amico fabas, filiae! Sic amicum delectatis.“ Profecto  
Gaius amicus gaudet; itaque Corinnae gratiam habet.

<sup>1</sup> tu du - <sup>2</sup> caseus Käse - <sup>3</sup> oliva Olive - <sup>4</sup> faba Bohne

### Ω

### 3 E3

1. Aeolus saepe villas delet.  
Aeolus saepe villas vento delet.
2. Aeolus avum et servos ventis terret.  
3. Avus servos non iam lingua terret.
4. Servi avum delectant. Servi avum cena delectant.
5. Servi avum saepe cenis delectant.

### 3 T3: Warum bist du ein Sklave?

Corinna mensam cibis complet; nam familiam cena delectare studet.  
Etiam candelas<sup>1</sup> parat et mensam candelis ornat. Nunc familia bene  
cenat. Subito Gaius Syrum servum spectat et rogat: „Syre, cur servus es?  
Unde es?“ Sed Syrus tacet, diu dubitat. Gaio non respondet.

„Romani pugnas bene parant. Romani gladiis, non perticis<sup>2</sup> pugnant.  
Itaque Romani barbaros pugnis semper superant.“

„Tace, amice! Syria est patria Syri. Sed nunc Syria est provincia  
Romanorum. Sumus domini ...“

„Sic est. Romani sunt domini Europae et Asiae  
et Africæ. Sed amici non sunt. Nam populi dolos  
et iniurias Romanorum timent. Dolis et iniuriis  
Romani populos terrent. Nunc Romani etiam  
Syriam dolo et iniuria tenent. Itaque nunc captivus  
sum, servus Romanorum sum. Syriam patriam  
adhuc amo; etiam filiam et filium amo – sed  
familiam non iam habeo.“ Nunc Gaius dubitat;  
diu dubitat et tacet.

<sup>1</sup> candela Kerze - <sup>2</sup> pertica (Holz-)Stange

### Ω

## Lektion 4: Unterricht in Rom

### 4 E1

1. Syrus: „Semper laborare et parere debo. Statim venire debo.“
2. Dominus Syrum et puellas vocat: „Veni, Syre! Venite, puellae!“
3. Cur Syrus non venit? Cur puellae non veniunt?
4. Dominus: „Cur non venis, Syre? Cur non venitis, puellae?“
5. Syrus dominum audit et respondet: „Iam venio, domine!“
6. Puellae dominum audiunt et respondent: „Iam venimus, domine!“
7. Dominus patriam Syri scit. Et puellae patriam Syri sciunt.

### 4 T1: Schulstart mit Verspätung

Ianua<sup>1</sup> non patet. Itaque Quintus puellas vocat et monet: „Properate, puellae! Quid exspectatis? Cur dubitatis venire? Veni statim, Iulia! Veni, Cornelia! Venite, puellae! Amicas et amicos iam video et audio.“ Iulia: „Nihil video, nihil audio; ludum non amo.“ Quintus: „Nihil vides, nihil audis, ludum non amas; itaque nihil scis. Veni tandem!“

Puellae Eudoxum salutant; Eudoxus statim rogat: „Unde venitis, Iulia et Cornelia?“ Puellae Eudoxum audiunt, sed tacent. Eudoxus puellas monet, tum amicos rogat: „Quis insulas Europae scit?“

Statim Paula amica respondere studet:  
„Cretam tantum insulam scio. Cretam desidero; nam ibi avus villam habet.“  
Tum Gaius amicus vocat: „Ubi est insula? Cretam insulam nescio, sed Siciliam insulam scio. Ibi Aetna est.  
Ibi Vulcanus deus habitat et laborat.“  
Iulia et Cornelia respondent: „Syriam scimus. Syria est patria Syri servi. Servus avi ibi familiam habet, sed ...“  
Subito amici et amicae rident. Diu rident et gaudent. Cur rident?

<sup>1</sup> ianua Tür



### 4 E2

1. Hic forum est. Hic templum est. Ibi templa deorum sunt.
2. Populus vias fori complet. Portae templorum iam patent.
3. Romani saepe templa intrant.
4. Consilia deorum Romanis placent.
5. Itaque Romani consiliis deorum parent.
6. Ibi dominus donum praebet. Dominus deos dono delectat.
7. Romani deos donis delectant.

### 4 T2: Ein Unterrichtsgang auf das Forum

Eudoxus semper discipulos bene docere studet. Discipulos libenter docet. Ingenium Eudoxi discipulis placet.  
Eudoxus: „Audite consilium, discipuli: Nunc forum intramus.“  
Discipuli consilium Eudoxi libenter audiunt. Eudoxus consilio

discipulos delectat.

Eudoxus: „Quis aedificia fori bene scit?“

Gaius: „Hic est curia, ibi sunt templa deorum et dearum. Hic est templum Saturni; ibi templum Concordiae videmus.“

Eudoxus gaudet: „Recte et bene respondes, discipule!“

Gaius rogat: „Cur Romani deis templa aedificant? Cur portae templorum nunc patent?“

Eudoxus: „Dei et deae populos beneficiis delectant. Etiam Romanis beneficia praebent. Saturnus populis frumentum praebet. Concordia dea concordiam<sup>1</sup> populorum auget. Itaque Romani deis templa aedificant. Tempa deorum statuis<sup>2</sup> ornant et deis dona praebent.

Etiam Saturnum deum et Concordiam deam donis delectant.“

Subito Iulia ridet et vocat: „Ibi est basilica Iulia<sup>3</sup>.“

Verba Iuliae discipulis placent. Discipuli iterum rident.

<sup>1</sup> **concordia** Einigkeit - <sup>2</sup> **statua** Statue - <sup>3</sup> **basilica Iulia** die Basilika Julia

## 1

### 4 E3

1. Ubi villa avi est? Ibi villa est. Villa ad campum est.
2. Puellae ad villam avi properant.
3. Puellae ante portam villae exspectare debent.
4. Nam Homilia serva adhuc post villam laborat.
5. Unde servi properant? Servi e silva properant.
6. Saepe servi sine domino non laborant.
7. Dominus servos vocat. Servi in villam domini properant.
8. Ubi puellae sunt? Nunc puellae in villa sunt.
9. Cornelia et Iulia cum familia et cum servis in villa sunt.

### 4 T3: In der Basilika Julia

Hic est basilica Iulia. Turba dominorum et dominarum ad basilicam venit. Eudoxus et discipuli ad basilicam Iuliam properant. Ibi turba Eudoxum terret. Itaque diu ante aedificium exspectant; umbra aedificii discipulis placet. Tandem basilicam intrant. Post mensam argentarium<sup>1</sup> vident. Argentarius mensam ornamentis complet.

Subito Aulus Calpurnius cum amico ad mensam venit. Ornamenta dominis placent; nam amicae ornamenta desiderant. Sed domini pretium ornamentorum nesciunt. Argentarius primo cum dominis ornamenta probat, tum pretium indicat. Sed pretium dominos terret. Itaque non diu dubitant: „Non argentarius, sed avarus<sup>2</sup> es. Ornamenta non paramus.“

Argentarius respondet: „Sine ornamentis amicas non delectatis.

Neque amici neque domini, sed gloriosi<sup>3</sup> estis. Valete!“

Subito Eudoxus discipulos non iam videt. Ubi discipuli sunt?

Statim e basilica properat. Sed quid videt? Discipuli iam diu in umbra basilicae manent. Basilica discipulis non iam placet. Etiam Eudoxus in umbram basilicae properat.

<sup>1</sup> **argentarius** Juwelier - <sup>2</sup> **avarus** Halsabschneider - <sup>3</sup> **gloriosus** Angeber

**1**

## Lektion 5: Auf dem Sklavenmarkt

### 5 E1

1. Cornelia: „Quis tu es? Te nescio.“
2. Serva: „Ego Anna sum. Et quis es tu?“
3. Cornelia: „Me nescis. Cornelia sum. Tabulam tibi praebeo.“
4. Iulia: „Veni nobiscum ad ludum.“
5. Anna: „Mihi placet vobiscum ad ludum venire. Vobis gratiam habeo, puellae.“
6. Puellae: „Nobis places, Anna. Neque sine te ad ludum properamus.“
7. Ridetne serva? Serva ridet.

### 5 T1: Fliegenfänger

Paulus: „Nunc muscas<sup>1</sup> captamus<sup>2</sup>! Ego libenter muscas capto.  
Et tu, Marce? Tune muscas libenter captas? Et vos, Iulia et Cornelia?  
Vosne muscas captatis?“  
Marcus: „Ego muscas captare non amo. Ludus mihi non placet,  
ludus me non delectat.“  
Titus: „Sed ego tecum muscas capto.“  
Iulia et Cornelia: „Nos vobiscum libenter muscas captamus. Sed quis  
nos captat? Placetne tibi nos captare, Paule? Responde nobis!“  
Paulus: „Vobis respondeo: Mihi placet. Ego vos capto.“  
Amici primo tacent. Neque rident neque clamant. Paulus nihil videt,  
nihil audit. Paulus errat.  
Titus: „Tu me non captas. Ubi erras? Videsne me? Me non vides, itaque  
me non invenis. Post murum sedeo. Ego te video, te terreo!“  
Iulia et Cornelia: „Nos gaudemus. Et tu, Paule? Nos te videmus, sed tu  
nos non vides. Nos non captas. Adhuc erras, numquam nos invenis.“  
Paulus: „Cur me terretis? Ego ludum non iam amo. Captate muscas  
sine me!“ Tandem amici et amicae Paulum liberant<sup>3</sup>.

<sup>1</sup> **musca** Mücke, Fliege - <sup>2</sup> **captare** fangen - <sup>3</sup> **liberare** befreien

**1**

### 5 E2

1. Ludus novus Tito placet. Ludi novi Tito placent.
2. Titus ludum novum (ludos novos) amat.
3. Templum novum Tito placet.
4. Multa tempula Tito placent.
5. In foro Romano magna tempula videmus.
6. Templum Saturni magnum est. Multa tempula magna sunt.

### 5 T2: Sklaven zu verkaufen!

Paulus: „Videte! Chrysogonus venalicius<sup>1</sup> cum servis venit.  
Servi Chrysogoni e provinciis imperii sunt.“

„Hic sunt servi novi et  
servae novae! Servos novos servasque novas habeo! Multos servos vobis  
Chrysogonus praebet! Veniunt de cunctis provinciis imperii Romani!  
Servos bonos vobis praebeo! Videtisne magna bracchia<sup>2</sup> servorum?  
Servi novi laborant ut equi!“

Paulus venalicium rogat: „Laudas servos tuos. Sed narra nobis: Cur taces pretia servorum tuorum, Chrysogone? Narra nobis de pretiis!“ Venalicius: „Servi mei boni sunt. Etiam pretia mea bona sunt, magna non sunt; cunctis Romanis placent. Premium servorum meorum parvum est.“

Paulus: „... Tam parvum est quam tu.“

Nunc cuncti Romani et servi rident.

<sup>1</sup> **venalicius** Sklavenhändler - <sup>2</sup> **bracchium** (Ober-)Arm

## Ω

### **5 E3**

1. Paulus puer est. Paulus et Titus pueri sunt.
2. Quintus dominus est. Corinna Quintum, virum bonum, amat.
3. Eudoxus servus est. Eudoxus etiam magister est.  
Discipuli verba magistri audiunt et magistro parent.
4. Multi servi etiam in agro (in agris) laborant.
5. Servus novus niger est. Servum nigrum videmus.
6. Serva nova pulchra est. Servam pulchram videmus.
7. Servus liber non est. Numquam servi liberi sunt.
8. Multi servi miseri sunt.
9. Sed servi nostri miseri non sunt; neque servi vestri miseri sunt.

### **5 T3: Sklaven zu verkaufen!**

Venalicius<sup>1</sup>: „Audite, viri Romani! Veni, puer! Venite ad me, o pueri puellaeque! Hic vobis servum bonum praebeo: Ex Africa venit. Campos et agros Romanos non timet. In cunctis campis agrisque bene laborat! Domino semper paret ut puer magistro. Dominus imperat et servi mei statim properant.“

Venalicius: „Servus meus etiam pulcher est. Et niger est. Ah, puella! Et tu pulchra es, sed neque nigra neque candida<sup>2</sup> es. Esne serva?“ Cornelius:  
„Serva non sum. Sum libera. Sum filia liberi viri  
Romani, neque filia servi nigri neque filia  
servae candidae sum!“

„Sed videsne puerum? E Syria venit. Servus est,  
servus miser. Etiam vita pueri misera est!“ Statim  
Paulus clamat: „Sic non est: Servus miser non  
sum. Romanus et liber sum, vita mea est vita  
Romani liberi!“ Et Titus: „Sic est! Nos cuncti non  
sumus servi, sed liberi! Vita nostra misera non  
est.“ Nunc venalicius ridet: „Verba vestra bona  
sunt. Adhuc pueri et puellae estis et magistris  
tantum in ludo paretis; itaque miseri non estis!“

<sup>1</sup> **venalicius** Sklavenhändler - <sup>2</sup> **candidus, a, um** weiß(häutig)

## Ω

## Lektion 6: Reise nach Pompeji

### 6 E1

1. Eudoxus: „Verba nova scribo. Verba nova scribimus.
2. Nunc verba nova scribis, puer. Nunc scribitis, pueri.“ Sic Eudoxus dicit.
3. Pueris non placet verba nova scribere; verba nova non scribunt.
4. Magister imperat: „Ostende mihi tabulam tuam, puer! Ostendite mihi tabulas vestras, pueri!“
5. Nunc pueri Eudoxo tabulas ostendunt.

### 6 T1: Auf nach Pompeji!

Equi ante carrum stant. Priscus carrum impedimento<sup>1</sup> complet. Iam pueri in carro sedent. Tum Aelia dicit: „Valete, pueri! Vale, Prisce! Nuntium vestrum exspecto. Prisce, mitte mihi nuntium!“ Sed Sextus: „Quid dicis? Marcus et ego libenter tibi nuntium mittimus. Nam et ego verba iam scribo.“ Nunc Aelia gaudet: „Laudo te, Sexte. Ingenium tuum scio.“ Tum „Valete!“ dicit; etiam puellae pueris „Valete!“ dicunt.

Pueri cum Prisco muros Capuae<sup>2</sup> relinquunt. Priscus equos dicit; equi carrum trahunt. Sextus Priscum rogat: „Quid nobis ostendis?“ Priscus: „Oppida pulchra Campaniae vobis ostendo. Vos ad Vesuvium duco.“

Tum carrus Priscum filiosque ab oppido per vias novas Campaniae trahit. Cunctis in campis, agris, vineis servi laborant. Priscus pueros rogat: „Placetne vobis Campania?“ Marcus respondet: „Mihi placet. Campania non tantum pulchra est, sed donum deorum est. Per hortum<sup>3</sup> deorum nos ducis.“ Nunc Priscus gaudet.

<sup>1</sup> **impedimentum** Gepäck - <sup>2</sup> **Capua:** Stadt in Kampanien - <sup>3</sup> **hortus** Garten

### ①

### 6 E2

1. Priscus equos dicit.  
Priscus equos ex oppido educit et ad silvam adducit.  
Tum filios de via in umbram deducit.
2. Sextus Marcum vocat. Statim Marcus adest.
3. Pueri aquam non iam habent; pueris aqua deest.
4. Servus parvus carrum trahere non potest.
5. Servus: „Carrum trahere non possum.
6. Sed equi carrum trahere possunt.“
7. Pueri servos laborare vident.  
Pueri servos laborare sciunt.

### 6 T2: Hilfe bei der Weinlese

Priscus equos e silva educit; tum equi carrum per vineas trahunt. Subito Priscus puteum<sup>1</sup> videt. Itaque clamat: „Brrr!“ Statim carrus consistit. Nunc Priscus equos de via deducit et ad puteum adducit. Tandem equi bibunt. Pueri ampullas<sup>2</sup> aqua complent. Priscus pueris cibum portat; tum vinum bibit et cum pueris cenat.  
In vineis servi laborant; pueri servos laborare vident: Servi carros uvis<sup>3</sup> complent. Ante carros asini<sup>4</sup> stant.

## Campus. Ausgabe A. Lektionstexte

„Auxilium! Ades mihi! Adeste mihi!“ Priscus et pueri servum clamare audiunt; statim ad servum properant. Priscus: „Cur clamas? Quid tibi deest?“

Servus respondet: „Asinus meus! Surgere non iam potest; non iam se<sup>5</sup> movet – mortuus est. Et carrus meus plenus est. Ego carrum plenum trahere non possum. Praebete mihi auxilium! Vos mihi adesse potestis.“ Sed Priscus: „Neque nos carrum tuum trahere possumus, sed equi mei carrum tuum trahere possunt. Tibi adsumus. Tecum venimus.“ Nunc servus scit Priscum adesse. Mox Priscum equos adducere videt. Servus gaudet equos carrum trahere.

<sup>1</sup> **puteus** Brunnen - <sup>2</sup> **ampulla** Trinkflasche - <sup>3</sup> **uva** Traube -  
<sup>4</sup> **asinus** Esel - <sup>5</sup> **se** Akk. sich

### Ω

#### 6 E3

1. Quid Sextus facit? „Sexte, quid facis?“
2. „Sexte et Marce, quid facitis?“
3. Sextus: „Ludum facio. Muscas capio.“
4. Sextus et Marcus: „Muscas capimus.“
5. Pueri muscas capiunt. Pueris placet muscas capere.
6. Pueri muscas oculis non aspiciunt.

#### 6 T3: Pause in der Gräberstadt

Priscus: „Brrr! Consistite!“ Statim Sextus: „Quid est? Quid facis?“ Priscus: „Sacrum facimus. Sed primo sepulcrum<sup>1</sup> avi vestri invenire debemus. Sepulcrum hic ante muros est. Venite!“ Pueri autem adhuc fessi<sup>2</sup> sunt et dubitant. Tum Priscus: „Descendite! Nonne placet vobis sacrum facere?“ Marcus: „Mihi magis placet in carro manere et habenas<sup>3</sup> tenere quam sepulcra spectare.“

Tum Sextus: „Etiam mihi!“ Itaque Priscus filiis habenas praebet: „Cape habenam, Marce! Etiam tu, Sexte! Capite habenas, pueri!“ Pueri in carro manent et habenas capiunt. Nunc Priscus pueros gaudere scit.

„Magnum sepulcrum avi cari iam aspicio. Aspicitisne sepulcrum magnum post cupressos<sup>4</sup>? Quin descenditis? Nunc sacrum facere possumus. Dei sacrum nostrum aspiciunt et cibos vinumque capiunt. Deis dona nostra cara sunt; summis deis etiam parva dona placent.“

<sup>1</sup> **sepulcrum** Grabmal - <sup>2</sup> **fessus, a, um** müde - <sup>3</sup> **habena** Zügel -  
<sup>4</sup> **cupressus** Zypresse

### Ω

## Lektion 7: Leben in Pompeji

#### 7 E1

1. Aulus Popidius mercator est. Etiam Priscus Popidius mercator est.
2. Aulus et Priscus mercatores sunt. Aulus Popidius etiam senator est.
3. Pompeiani amici Auli senatoris (multorum senatorum) sunt.
4. Pompeiani Aulo senatori (multis senatoribus) gratiam habent.
5. Pompeiani Aulum senatorem (multos senatores) amant.
6. Amici cum Aulo senatore (cum multis senatoribus) cenant.

7. Senatores cum imperatore cenant.

8. Cloelia uxor Auli senatoris est. Uxores senatorum cum imperatore non cenant.

### 7 T1: Eine Stadt im Wahlfieber

Aulus Popidius senator et mercator est. Oleum<sup>1</sup> et vinum vendit.  
Profecto vinum Auli mercatoris bonum et clarum est. Etiam imperator  
Titus vinum Auli Popidii bibit; nam imperatori Tito vina bona placent.  
Aulum mercatorem multi Pompeiani amant, nam Popidius amicis  
beneficiis et consiliis adest. Itaque Popidius senator magno in honore est.  
Etiam Priscus Aulum in honore esse scit.

Sextus Aulum rogat: „Cur hodie tanta turba in villa vestra est?“ Aulus:  
„Pompeiani duumviros<sup>2</sup> creant. Duumviri Pompeianis imperant.  
Candidati<sup>3</sup> populo beneficia praebent, tum honores petunt.“  
Sextus etiam rogat: „Cunctisne Pompeianis licet duumviros creare, etiam  
Cloeliae, uxori tuae, et servis?“ Aulus: „Neque uxoribus neque servis  
licet duumviros creare, viris tantum liberis. Puellae et uxores apud nos  
cibum et lanam<sup>4</sup> faciunt: heri, hodie, semper.“ Nunc Sextus ridet –  
Marcus autem tacet.

<sup>1</sup> oleum Öl - <sup>2</sup> duumvir Duumvir (höchster Stadtbeamter) -

<sup>3</sup> candidatus Bewerber - <sup>4</sup> lana Wolle

### Ω

### 7 E2

1. Aulus: „Venite ad me, si vinum bonum desideratis!“
2. Aulus gaudet, quod (quia) vinum bonum vendit et bibit.
3. Servis non licet vinum bibere, dum laborant.
4. Quamquam servis non licet vinum bibere, vinum desiderant.
5. Aulus: „Semper vinum velle servis non licet.“
6. Aulus: „Vinum vendere volo.“ Amici: „Vinum bibere volumus.“
7. Aulus vinum vendere vult. Amici vinum bibere volunt.
8. Serva: „Domine, visne vinum bibere? O domini, vultisne vinum bibere?“

### 7 T2: Stress in der Stadt

In forum Pompeianum cuncti viri et mulieres properant. Etiam servi,  
pueri, puellae in forum veniunt, quia candidati<sup>1</sup> se ostendunt. Secundus  
gaudet, quod filii Prisci adsunt; sed dum cum pueris per vias properat,  
amicam tantum in animo habet: Primigeniam.

Sextus: „Quid nobis ostendis, Secunde?“ Secundus: „Primigeniam vobis  
ostendere volo, amorem meum. Est amica Serenae, sororis meae. Me  
videre vult. Vultisne mecum venire, pueri?“ Marcus: „Et nos  
Primigeniam videre volumus, si licet. Tecum venimus.“ Zosimus:  
„Bene. Cuncti Popidii puellam tuam videre volunt. Sed si ad forum  
venire vis, Secunde, properare debes, quia viae iam plenae sunt.“

Subito Secundus: „Quid vis? O Zosime,  
ades mihi! Fur me terret!“ Dum  
clamorem facit, Zosimus iam  
adest: „Mitte pecuniam, scelerate!“  
Zosimus furem capit. Statim multi  
Pompeiani adsunt. Secundus,  
quamquam fur flere videt,  
furem liberare non vult, sed

statim sceleratum ad vigiles<sup>2</sup> trahit.

<sup>1</sup> candidatus Bewerber - <sup>2</sup> vigil, vigilis Polizist

## 1

### 7 E3

1. Hodie Secundus apud Primigeniam est; sed heri apud amicam non erat.
2. Primigenia: „Secunde, heri misera eram. Nonne et tu miser eras?“
3. Secundus: „Etiam ego miser eram; nos miseri eramus, Primigenia.“
4. Marcus: „Cur heri miseri eratis, amici?“
5. Primigenia: „Heri Secundus ad me venire non poterat.
6. Secundum heri non videbam – diu amicum desiderabam.“
7. Secundus: „Pater et mater heri amicis cenam parabant.
8. Si amicis patris veniunt, ego domi manere debo.“

### 7 T3: Götterglaube

Apud Romanos antiquos multi dei erant. Summus deus Iuppiter erat, pater multorum deorum. Imperium summi dei caelum et terra erant. Multi dei filiae et filii Iovis patris erant, ut Minerva et Diana; Minerva dea sapientiae<sup>1</sup> erat, Diana dea bestiarum. Neptunus autem erat frater Iovis dominusque aquarum. Mater Neptuni Iovisque Rhea<sup>2</sup> dea erat. Nuntius deorum Mercurius erat.

Iuppiter deis imperabat; ceteri dei Iovi parebant, quia summum deum timebant. Romani a deis auxilium exspectabant deisque dona dabant; nam varii dei Romanis aderant. Minerva Romam et Romanos servabat. Mercurius non solum imperia Iovis nuntiabat, sed etiam mercatoribus aderat; umbras mortuorum ad Tartarum<sup>3</sup> portabat – et deus furum erat. Sic Romani existimabant.

<sup>1</sup> sapientia Weisheit <sup>2</sup> Rhea (die Göttermutter) Rhea - <sup>3</sup> Tartarus Unterwelt

## 1

### 7 E4

1. Primigenia amicum nunc audit et aspicit.
2. Primigenia amicum saepe audiebat et aspiciebat.
3. Secundus villam Primigeniae saepe petebat.
4. Nam amicam videre volebat.
5. Secundus saepe amicos per vicos trahebat.
6. Vicus est pars oppidi.
7. Vici et insulae sunt partes oppidi.
8. Roma non oppidum erat, sed urbs.
9. Amphitheatum pars urbis erat.
10. Etiam civitas Pompeianorum amphitheatum aedificabat.
11. In multis civitatibus amphitheatra erant.

### 7 T4: Bei den Gladiatoren

Marcus fratrem ad amphitheatum ducebant, quia Sextus spectacula<sup>1</sup> adhuc nesciebat. Iam fratres clamorem multarum bestiarum audiebant, sed propter magnam turbam spectatorum<sup>2</sup> diu nihil videre poterant: itaque primo neque arenam<sup>3</sup> neque gladiatores aspiciebant. Tum multi patres filios ad ludos ducebant. Etiam Romani ex urbe veniebant et viri mulieresque e variis partibus et civitatibus imperii aderant.

„Nunc Diadumenum arenam intrare video. Gladiator clarus est, victor multarum pugnarum. Cottidie<sup>4</sup> se exercet. Mors Diadumenum non terret.“ Sextus: „Nonne gladiatores dolores vel mortem timent?“ Secundus: „Pars virorum mortem timet; magnam autem partem mors non movet. Nam gladiatorum negotium est pugnare et viros vel bestias interficere. Gladiatores in servitute sunt; victores pugnarum libertatem exspectant – et nos per multos annos virtute delectant.“ Subito turbam iterum clamare audiunt ...

<sup>1</sup> **spectaculum** Schauspiel - <sup>2</sup> **spectator, oris** Zuschauer - <sup>3</sup> **arena** Arena -

<sup>4</sup> **cottidie** täglich

**①**

## Lektion 8: Der Untergang Pompejis

### 8 E1

1. Zosimus narrat: „Ego iam heri in vineam properavi.
2. Tum tu, Secunde, ad amicam tuam properavisti.
3. Etiam amicus mecum in vineas properavit.
4. Nos in vinea vestra laboravimus.
5. Sed vos, pueri, ludos spectavistis et clamorem audivistis.
6. Servi tantum in vineis laboraverunt.
7. Hodie laborare mihi non placet; magis mihi placet iam heri laboravisse.“

### 8 T1: Riecht das Wasser gefährlich?

Subito Zosimus clamavit: „Mirum! Quam mirum!“ Pueri servum rogaverunt: „Quid mirum est, Zosime?“ Zosimus: „Aqua! Aqua hodie olet<sup>1</sup>. Probate aquam! Fontes nostri antea semper boni erant. Hodie autem primum aqua olet: Putida<sup>2</sup> est ut sulphur<sup>3</sup>.

Zosimus: „Etiam heri per urbem in montem properavi et vineas curavi, ut scis, Secunde.“ Secundus: „Sic est, ut mihi iam narravisti.“ Et amicus Zosimi: „Secunde, vos heri in urbe bene cenavistis; nos autem nihil cenavimus. Mihi non placet iam heri nihil cenavisse et nunc aquam putidam bibere.“

Zosimus: „Tace de cibo, amice! Magno in periculo sumus! Mors in aqua est. Hic me nihil iam tenet.“ Subito sonum mirum et malum sub terra audiverunt. Zosimus: „Audisne? Monstrum antiquum evigilavit<sup>4</sup>. Terra se movet. Magnum periculum adesse existimo. Nisi vitam amittere volumus, statim in urbem descendere debemus. An monstro sub oculos venire vultis?“

<sup>1</sup> **olere** stinken - <sup>2</sup> **putidus, a, um** faulig - <sup>3</sup> **sulpur** Schwefel -

<sup>4</sup> **evigilare** aufwachen

**①**

### 8 E2

1. „O domine, homo bonus es.
2. Homines boni timere non debent.

3. Neque ego timeo, ut scis. Sed heri primum timui.
4. Monstrum me terruit.
5. Etiam amici mei monstrum timuerunt.
6. Laborare non iam potuimus, quamquam voluimus.
7. Nam heri in monte fui. In monte fuimus.“
8. „Ubi heri fuisti? Ubi vos fuistis?“
9. Zosimus in monte fuit. Etiam pueri ibi fuerunt.
10. Lux lunae pueris et servis adfuit:
11. Nox pueros non terruit. Nam luna caelo lucem praebuit.

### 8 T2: Pompeji in Panik

Subito sonus mirus homines terruit: Vesuvius clamavit ut mille<sup>1</sup> leones. Cunctos homines timor tenuit: Mulieres statim timuerunt et clamaverunt: „Di magni!“ Tum iterum tacuerunt, cum subito ad montem Vesuvium spectaverunt, unde magna columna<sup>2</sup> nigra se ostendebat; mox columna alta erat et ad caelum surgebat. Statim Zosimus Secundum tenuit: „Sic est, ut timui: Vesuvius evigilavit<sup>3</sup>.“

Statim magna multitudo hominum vias urbis complevit. Cloelia mater magna voce flevit: „O Aule, tectum et urbem relinquere debemus! Serena, soror Secundi, clamavit: „O pater, lucem solis non iam video, quamquam nox nondum adest.“ Aulus: „Ego maneo. Regionem nostram, patriam meam, non relinquo. Nox et pericula me numquam terrere potuerunt.“ Priscus, quia Aulum servare voluit, fratrem monuit: „O Aule! Monstrum homines et oppida delere vult – vitam multorum hominum iam delevit. Numquam in tanto periculo fuimus; neque tu in tanto periculo fuisti neque filii mei fuerunt. Cura tandem filios et salutem nostram! Salus nostra est – fuga.“

<sup>1</sup> mille tausend - <sup>2</sup> columna Säule - <sup>3</sup> evigilare aufwachen

### Ω

### 8 E3

1. Sextus et Marcus adhuc liberi sunt.
2. Ludi liberos non delectant.
3. Gladiatores in castris se exercebant, armis pugnabant.
4. In urbe Pompeis saepe ludi erant.
5. Is est Diadumenus gladiator. Cuncti Pompeiani eum amabant. Sed gladium eius timebant.
6. Puellae Pompeianae ei dona praebebant. Gladiator eis placebat. Id cuncti Pompeiani sciebant.
7. Diadumenus in amphitheatro Pompeiorum pugnabat. In ea urbe saepe ludi erant.

### 8 T3: Eine Stadt wird begraben

Matres patresque cum liberis urbem relinquere temptaverunt; liberi sine matribus per tenebras erraverunt, fleverunt, clamaverunt: „Mater, ubi es?“ Multi homines iam sub muris vel lignis<sup>1</sup> iacuerunt. Adhuc lapilli<sup>2</sup> de caelo cadebant. Quis tum hominibus adfuit? Gladiatores! In castris non manebant; sed voluntas gladiatorum erat homines miseros sine armis servare.

Sed audite de Prisco Popidio! Is familiam Auli servavit: Priscus ei imperavit: „Dic mihi, Aule: Cur manere vis? Serva filias parvas et Cloeliam Serenamque! Duc eas ex urbe! Relinque Pompeios! Neque Secundus in urbe manere vult; veni cum eo, veni nobiscum, sed fac cito<sup>3</sup>!“ Tandem Aulus fratri paruit. Cuncti Popidii id consilium Prisci laudaverunt. Carrus eius Popidios eorumque servos in regionem Nuceriae<sup>4</sup> portavit eosque servavit.

Plus quam mille<sup>5</sup> Pompeiani post eam noctem mortui erant. De morte eorum Sextus postea Aeliae matri narravit. Si vos reliquias claras Pompeiorum oculis videre vultis, venite in regionem Vesuvii!

<sup>1</sup> **lignum** Balken - <sup>2</sup> **lapillus** kleiner Stein - <sup>3</sup> **cito** schnell -

<sup>4</sup> **Nuceria** (die Stadt) Nuceria - <sup>5</sup> **plus quam mille** mehr als tausend

## 1

### Lektion 9: Der Helfer Herkules

#### 9 E1

1. Popidii in urbe non manserunt.
2. Priscus eos ex urbe duxit.
3. Equi carrum traxerunt.
4. Itaque Popidii vitam non amiserunt.
5. Aulus fratri dixit:
6. „Consilium bonum dedisti.“
7. Subito Zosimus: „Auxilium! De carro cecidi.“
8. „Brerr!“ iam equi in via steterunt.
9. Etiam Zosimus iam stetit – et risit.

#### 9 T1: Herkules und der gefährliche Löwe

Valerius: „Libenter apud te mansi, quia monumenta oppidi videre volui. Multa monumenta, ut ego sentio, iam aspeximus. De eis monumentis nuper mihi scripsisti. Sed responde mihi, Tite: Cur nos ad oram duxisti?“

Titus: „Magnum studium vestrum sensi. Nonne de consilio meo dixi? Nunc vobis statuam Marci Noni Balbi<sup>1</sup> ostendere volo. Ecce! Is senator clarus oppidum nostrum auxit.“

„In oppido Nemea<sup>2</sup> timor homines miseros torsit, quia magnus leo in silvis errabat. Itaque ad Herculem nuntios miserunt. Is autem hominibus consilium non dedit: In silvas properavit et mox ante monstrum stetit. Statim leo Herculem temptavit. Etsi Hercules primo titubavit<sup>3</sup>, in terram non cecidit. Clavam<sup>4</sup> in leonem misit – et monstrum occidit: Leo vitam amisit. Tum Hercules leonem mortuum in oppidum traxit et hominibus dixit: ,Videte leonem mortuum! Clava mea eum superavi.’ Homines responderunt: ,Gratiam tibi habemus; nos enim ab eo monstro liberavisti.’ Riserunt et viro claro libenter honorem

praestiterunt.“

<sup>1</sup> **Marcus Nonius Balbus:** Wohltäter der Stadt Herkulaneum -  
<sup>2</sup> **Nemea** Nemea (Stadt in Griechenland) - <sup>3</sup> **titubare** taumeln - <sup>4</sup> **clava** Keule

## Ω

### **9 E2**

1. Homines leonem timebant. Itaque Hercules ad eos venit.
2. Mox monstrum invenit et cum eo pugnavit et id interfecit.
3. Multi homines pugnam Herculis viderunt.
4. Animus viri homines movit.
5. Tum Hercules pellem leonis cepit eamque regionem reliquit.
6. Homines multos annos de pugna mira narrabant.
7. Semper rogabant: „Unde is vir venit? Descenditne de caelo?“

### **9 T2: Herkules und der Stall des Augias**

Amici in basilicam venerunt. Ibi sederunt et verba Titi audiverunt.

Titus: „Ecce imaginem, amici! Homines hic Herculem laudant:  
,O Hercules, vir clarus es: Ad leonem venisti, eum vidisti et statim  
vicisti!“

Valerius: „Profecto Hercules venit, vidit, vicit – leonem interfecit.“  
Titus: „Ita est. Et ecce: In ea imagine Herculem et Augiam regem dicere  
videtis. Augias rex Herculi dixit: ,Ades mihi, Hercules! Pater multis  
tauros<sup>1</sup> pulchros mihi reliquit. Sed multos annos stabulum<sup>2</sup> intrare vix  
possum – propter magnam copiam fimi<sup>3</sup>. Auxilium nondum inveni. Tu  
iam multa claraque facta fecisti: Itaque age tauros e stabulo et purga<sup>4</sup>  
stabulum!“

Titus: „Comprehendisne? Specta: Hercules primo tauros magna voce  
e stabulo egit, tum ad Alpheum<sup>5</sup> descendit. Ibi aquam a fluvio ad  
stabulum duxit. Comprehendistisne, amici? Hercules primo consilium  
cepit, tum egit: Aquam in stabulum vertit – aquam multas horas per  
stabulum misit – ita stabulum purgavit.“

Valerius: „Ah ... verba tua me moverunt – et fabulam nunc tandem  
comprehendi: Hercules non tantum vi<sup>6</sup>, sed ingenio vicit.“

<sup>1</sup> **taurus** Stier - <sup>2</sup> **stabulum** Stall - <sup>3</sup> **fimus** Mist - <sup>4</sup> **purgare** reinigen -

<sup>5</sup> **Alpheus** Alpheus (Fluss in Griechenland) - <sup>6</sup> **vis** Kraft (*Abl. vi*)

## Ω

### **9 E3**

1. Augias rex auxilio Herculis gaudebat.
2. Augias stabulo dolebat.
3. Hercules tauros e stabulo egit.
4. Iam stabulum a tauris liberum fuit. Sed stabulum nondum fimo liberum fuit.
5. Primo Hercules aqua caruit, tum fluvium ad stabulum vertit.
6. Augias: „Diu dolui. Nunc tandem gaudeo. Ea hora laetitia mea magna est.“

### **9 T3: Herkules im Reich der Toten**

Eurystheus rex gaudebat, quod magnum imperium tenebat. Sed inge-  
nio Herculis non gaudebat, immo<sup>1</sup> ingenio eius laborabat. Quia gloria<sup>2</sup>  
Herculis doluit, amicis dixit: „Herculem occidere volo; potestatem eius  
delere debedo.“

Diu rex consilio carebat, tandem dolum invenit: Consilium cepit  
Herculem in pericula nova mittere; itaque dixit: „Audi, Hercules! Visne  
cunctis laboribus liber esse? Tum praesta mihi novum officium!“

Hercules eo anno iam clarus erat; tamen regi paruit et nocte cum  
Mercurio deo ad inferos<sup>3</sup> descendit. Paulo post ad Plutonem venit.  
Is autem Herculem ab inferis prohibere voluit. Itaque Cerberum misit.  
Etsi bestia magnos dentes<sup>4</sup> ostendit, Hercules liber a timore fuit:  
Cerberum non interfecit, sed monstrum in vincula dedit<sup>5</sup> et ex inferis  
traxit. Sic se a periculo servavit. Prima luce cum Cerbero ante  
Eurystheum regem stetit. Statim magni-  
tudo Cerberi Eurystheum terruit – sed  
ea hora rex comprehendit: Hercules  
cuncta officia praestare potest.

<sup>1</sup> **immo** im Gegenteil - <sup>2</sup> **gloria** Ruhm - <sup>3</sup> **inferi, orum** Unterwelt -

<sup>4</sup> **dens, dentis** Zahn - <sup>5</sup> **in vincula dare** fesseln

## 1

## Lektion 10: Von Troja nach Italien

### 10 E1

1. Troiani vident: Graeci veniunt.  
Troiani Graecos venire vident.
2. Troiani vident: Graeci urbem temptant.  
Troiani Graecos urbem temptare vident.
3. Troiani sciunt: Murus urbem servat.  
Troiani murum urbem servare sciunt.
4. Troiani sciebant: Murus urbem servat.  
Troiani murum urbem servare sciebant.
5. Audimus: Graeci urbem dolo superaverunt.  
Audimus Graecos urbem dolo superavisse.
6. Audivimus: Graeci urbem dolo superaverunt.  
Audivimus Graecos urbem dolo superavisse.

### 10 T1: Der Anfang vom Ende Trojas

Subito Troiani virum clamare audiunt: „Venite ad muros, Troiani!  
Video oram a Graecis vacuam<sup>1</sup> esse. Videte! Graeci non iam adsunt.  
Nonne videtis Graecos non iam adesse? Puto Graecos nunc – decimo  
belli anno – in patriam properare. Certe sciunt Troianos semper victores  
in bello esse. Tandem pax est. Quin ad oram descenditis?“  
Troiani paulatim ex urbe cesserunt et oram petiverunt. Paulo post in  
ora constiterunt.

„Puto Graecos nobis id donum pulchrum reliquisse. Quin equum in  
urbem trahimus?“ Subito aliam vocem audiverunt: „Ei monstro urbem  
nostram intrare non licet!“ Troiani animadverterunt Laocoontem, virum  
honestum, ea verba dixisse. Laocoont: „Nonne dolos et iniurias Graeco-  
rum scitis? Timeo Graecos, etsi dona nobis relinquunt. Sentio in eo equo  
dolum latere.“ Constat verba Laocoontis Troianos non movisse. Scimus eos  
equum in urbem traxisse. Nesciebant enim in equo viros Graecos latere.

<sup>1</sup> **vacuus a** m. *Abl.* frei von

## ①

### 10 E2

1. Aeneas se e periculo servavit.
2. Novam patriam sibi petivit.
3. Secum etiam filium suum eduxit.
4. Ita vitam suam et vitam eius servavit.
5. Sed scimus eum Creusam amisisse.
6. Tamen Aeneas se filium servavisse gaudebat.
7. Aeneas et Ascanius se etiam avum servavisse gaudebant.

### 10 T2: Äneas und Dido – eine unglückliche Liebe

„Ecce! Dido diu urbem aedificiis et templis ornabat. Nunc autem neque aedificia neque cives curat. Aeneam amat. Itaque se tantum et Aeneam curat. Salutem sibi tantum querit. Neque de officiis neque de civitate, sed de se et de magno amore suo narrat. Et vide Aeneam! Is non iam gladium secum habet, non iam de patria nova cogitat. Didonem semper convenire, videre, audire desiderat.

Etiam multi homines dicunt Aeneam et Didonem bene convenire. Regina<sup>1</sup> existimat se maritum invenisse; et Aeneas putat se apud eam manere posse. Nunc amore gaudent. Putant se sibi tantum et amori vivere posse. Puto te id scire: Vita ab officiis libera non est. Descende de caelo et conveni Aeneam! Oportet eum ex Africa discedere et reginam relinquere, oportet eum amori finem facere. Aeneas enim officia sua praestare debet; Didonis autem officium est nationem suam curare. Sic ego volo. Indica Aeneae summum deum te misisse!“ Et Mercurius statim in fines Carthaginis descendit.

<sup>1</sup> **regina** Königin

## ①

### 10 E3

1. Aeneas Didonem reliquit. Nam Mercurius id antea imperaverat.
2. Aeneas ad Mercurium: „Ego tibi parui. Nam tu id imperaveras.“
3. Mercurius: „Id fecisti, quia sic imperaveram.“
4. Dei: „Id imperaveramus; itaque tu Didonem reliquisti.“
5. Aeneas: „Non dubitavi. Nam vos, di magni, id imperaveratis.“
6. Aeneas ita egit, ut dei imperaverant.

### 10 T3: Der Zweikampf zwischen Turnus und Äneas

Latini urbem muniebant et fossas<sup>1</sup> altas circum muros ducebant, ut Latinus rex eis antea imperaverat. Sed Troiani fossas superaverunt et mox in muris urbis steterunt. Dum Latini iam de salute desperant, subito vocem Turni audiunt: „Finite<sup>2</sup> pugnam, Latini! Speraveram nos Troianos vincere posse. Sed nunc ego nationem meam servare debeo. Audi, Troiane: Demonstra audaciam tuam et pugna tecum!“ Vix ea verba dixerat, cum Aeneas de muro alto descendit et ad Turnum properavit.

Profecto Aeneas Turnum violavit, quia ferrum eius in terram ceciderat.

Tamen Turnus Aeneae diu non cessit. Paulo post Latini animadverte-  
runt ducem in terra iacere. Is non iam surrexit, sed Aeneam adoravit<sup>3</sup>:  
„Antea ego semper vitor fueram, nunc tu vitor es: Impera tu Italiae!  
Me caedere tibi licet. Sed  
rogo te: Dona mihi  
vitam! Veniam a te peto.“  
Aeneas quidem Turno  
veniam non dedit, sed  
eum occidit.

<sup>1</sup> fossa Graben - <sup>2</sup> finire beenden - <sup>3</sup> adorare anflehen

**①**

## Lektion 11: Romulus und Remus

### 11 E1

1. Gladius acer est. Pugna acris est. Bellum acre est.  
Saepe gladii acres sunt, etiam bella acria sunt.
2. Quis bellum acre non timet? Quis pugnam acrem non timet?
3. Aeneas Turnum gladio (pugna) acri superavit.  
Romani multos populos bellis acribus superaverunt.
4. Magnitudo gladii acris (gladiorum acrium) nos terret.
5. Quis auxilium celere in bello non sperat?

### 11 T1: Kindheit und Jugend von Romulus und Remus

Faustulus liberos a lupa<sup>1</sup> servare voluit. Itaque consilium cepit lupam  
gladio acri temptare. Sed mox vir sensit parvos pueros bibisse tantum  
et sic famem<sup>2</sup> acrem pepulisse. Cum lupa sonum audivit, fuga celeri  
silvam petivit. Faustulus ad liberos properavit eosque comprehendit et  
secum portavit. Uxor Faustuli pueris gaudebat, mox eos tamquam filios  
curabat. Saepe uxor dicebat: „Aspice oculos puerorum, marite! Scio  
oculos tam acres signa magni ingenii esse.“

Pastores<sup>3</sup> eius regionis a Romulo et Remo auxilium petiverunt: „Adeste  
nobis, fratres! Fures nos temptant.“ Iam saepe iuvenes comitibus  
adfuerant. Etiam tum acre ingenium suum ostenderunt. Arma acria  
comprehenderunt, fures in silva  
exspectaverunt. Iam fures  
cum equis celeribus  
adfuerunt. Tum  
iuvenes ut milites  
boni pugnaverunt  
et fures reppulerunt.

<sup>1</sup>lupa Wölfin - <sup>2</sup>fames, is Hunger - <sup>3</sup>pastor, oris Hirte

**①**

### 11 E2

1. Omnes viri, omnes mulieres fures malos timebant.
2. Omnis vir, omnis mulier fures malos timebat.
3. Omne consilium bonum eis deerat. Omnia consilia bona eis deerant.
4. Sed Romulus et Remus, fratres fortes, amicis tristibus aderant.

5. Fratres fures turpes et crudeles in silvis temptabant.
6. Dum fratres pugnant, Faustulus et uxor eius timent.  
Dum fratres pugnant, Faustulus et uxor eius timebant.
7. Postquam fratres pugnaverunt, Faustulus et uxor eius a timore liberi sunt.  
Postquam fratres pugnaverunt, Faustulus et uxor eius a timore liberi erant.
8. Auxilio fratrum amici vitam dulcem vivebant.

### 11 T2: Die Untat des Amulius

Dum fratres cum comitibus in loco pulchro sermones habent<sup>1</sup>, subito turba virorum adfuit. Unus ex eis acri voce clamavit: „Tandem convenimus, fratres! In silva nos vicistis – nunc autem fatum<sup>2</sup> triste vos exspectat. Comprehendite fratres, viri!“ Quia Romulus animo forti se a furibus defendebat, scelerati Remum tantum capere poterant. Statim eum ad Amulum regem duxerunt et falso<sup>3</sup> accusaverunt: „Is iuvenis cum amicis turpibus agros fratrii tui delevit. Puni<sup>4</sup> eum!“

Postquam Numitor ad Amulum venit, is dulci voce dixit: „Gaudeo, quod te video, frater bone!“ Numitor: „Tace, vir crudelis! Non putavi te tam crudelem esse, quamquam omnes amici me monuerant. Nunc mala et turpia consilia tua scio. Turpe est parvos liberos exponere<sup>5</sup>.“

<sup>1</sup> sermones habere sich unterhalten - <sup>2</sup> fatum Schicksal - <sup>3</sup> falso Adv. fälschlich -  
<sup>4</sup> punire bestrafen - <sup>5</sup> exponere aussetzen

### ¶

### 11 E3

1. Numitor ad Amulum venit. Numitor avus Romuli et Remi erat.  
Numitor, qui avus Romuli et Remi erat, ad Amulum venit.
2. Numitor iniuriam Amulii sciebat. Ea iniuria diu latuerat.  
Numitor iniuriam, quae diu latuerat, sciebat.
3. Numitor consilium turpe, quod diu latuerat, sciebat.
4. Numitor ad fratrem suum, cuius consilium nunc sciebat, venit.
5. Etiam Romulus et Remus, quorum avus Numitor erat, ad Amulum venerunt.
6. Romulus et Remus, quibus Amulius iniuriam fecerat, ad eum venerunt.
7. Numitor, cui Amulius iniuriam fecerat, ad fratrem suum venit.
8. Statim turba virorum, qui de iniuria Amulii audiverant, aderat.
9. Numitor turbae omnia consilia, quae Amulius ceperat, narravit.

### 11 T3: Tödlicher Streit unter Brüdern

Romulus, qui consilium ceperat urbem novam aedificare, diu cum fratre locum idoneum non inveniebat. Nam eum locum, quem alias delegerat, alias non probabat. Subito Romulus: „Quin condimus urbem in eo loco, ubi lupa<sup>1</sup> nos invenit?“ Et Remus, cui consilium placebat: „Id consilium est, quod maxime probo. Nam invenisti locum opportunum, cuius natura mihi placet.“

Tum petebant consilium deorum, quorum potestas apud fratres multum valebat. Remus cum viris, quos secum habebat, ad Aventinum montem contendit; Romulus cum comitibus Palatum montem petivit. Dum Romulus signum deorum exspectat, subito adfuerunt nuntii celestes, qui magna voce clamaverunt: „Remus iam sex vultures<sup>2</sup> vidit.“ Tum comites Romuli, quibus ea verba non placebant, dixerunt: „Sed nos duodecim<sup>3</sup> vultures aspeximus! Remus Romulo cedere debet!“ Tum fratres fortes arma acria ceperunt. Livius, a quo fabulam de Romulo et

Remo accepimus, narrat in ea pugna Remum cecidisse.

<sup>1</sup> **lupa** Wölfin - <sup>2</sup> **vultur, uris** Geier - <sup>3</sup> **duodecim** zwölf



## Lektion 12: Sagenhafter Anfang

### 12 E1

1. Romulus ad Remum: „Mox ego imperabo, non tu.“
2. Remus: „Erras. Tu non imperabis.“
3. Romulus secum: „Remus numquam imperabit.“
4. Remus: „Signum deorum exspectabimus.“
5. Romulus ad deos: „Di magni, vos regem indicabit.“
6. Remus: „Dei nobis respondebunt et nos iis parebimus.“
7. Romulus: „Non tu rex eris, sed ego rex ero.“
8. Remus: „Dei non tibi, sed mihi aderunt.“

### 12 T1: Romulus sorgt sich um die Zukunft Roms

Primo Romulus gaudebat, quod et urbem pulchram aedificaverat et multis hominibus eam compleverat. Tum autem animadvertisit Romanis mulieres deesse. Itaque apud cives, quos arcessiverat, dixit: „Hodie cives fortes sumus, mox autem senes erimus: Urbs nostra magna non iam erit. Quia mulieres urbi desunt, etiam liberis carebimus. Sic salutem communem non servabimus. Tecta nostra non iam tuta erunt, vita nostra non iam tuta erit. Quis hostes a muris prohibebit? Aliae nationes Romam primo ridebunt; mox autem urbem, cuius magnitudinem adhuc timent, occupare temptabunt. Quemadmodum sine copia iuenum fortium urbem servare poterimus? Sine mulieribus, sine liberis fortuna urbis bona non erit. Gloria nostra inanis erit. Itaque mulieres nationum aliarum arcessere debebitis. Consilium idoneum vobis mox dabo. Credite mihi: Vobis adero.“

„Romule, non eris magnus rex, non  
diu potestatem tuam tenebis, si liberi  
urbi deerunt. Arcesse mulieres!“



### 12 E2

1. Romulus: „Adhuc mulieres nobis desunt, sed mox multas mulieres in urbem ducam.
2. Mox multas mulieres in urbe aspiciens, Romani!
3. Si mulieres in urbem venient, Roma vivet.
4. Roma, tu semper vives et nos semper vivemus.“

### 12 T2: Die Klagen der geraubten Sabinerinnen

„Audi, Romule! Magnae curae et me et alias mulieres torquent. Nam patriam desideramus. Quando patres et matres caras conveniemus? Quando ego patriam pulchram aspiciam? O amicae beatae, quibus licet in patria vivere! Aestas mox veniet. Vae!<sup>1</sup> Tum sine nobis montes altos petetis, e fontibus claris aquam bibetis, bene cenabitis. Nos autem hic vitam tristem agemus: Vivemusne hic in honore? Licebitne nobis liberos linguam nostram docere? An familiae vestrae pueros et puellas a nobis deducent? Scientne liberi etiam mores Sabinorum? An mariti Romani

nos e tectis pellent, si liberis nostris de moribus Sabinis narrabimus?"

Romulus risit, tum voce dulci uxorem confirmavit: „Omitte curas,  
uxor! Numquam te e tecto pellam, numquam liberos tuos amittes.  
Consilium meum tibi aperiam:  
Liberi nostri mores et  
Romanorum et Sabinorum  
scire volent et profecto scient.  
Et tu, Hersilia, magno in  
honore hic vives.“ His verbis  
Romulus uxori persuasit.

<sup>1</sup> **vae!** O weh!

## Ω

### **12 E3**

1. Romulus ad Hersiliam: „Sine cura eris, si verba mea audiveris.“
2. Romulus ad Sabinas: „Sine cura eritis, si verba mea audiveritis.“
3. Romulus: „Narrate omnibus ea verba, quae mox dixerim!“
4. Sabinae: „Narrabimus ea verba, quae audiverimus.“
5. Sabinae omnibus ea verba narrabunt, quae Romulus antea dixerit.
6. Sabinae ea verba narrabunt, quae audiverint.
7. Hersilia: „Liberi nostri non solum unam patriam habebunt.“  
Hersilia: „Liberis nostris non solum una patria erit.“

### **12 T3: Das Schicksal einer Verräterin**

Etsi mulieres Sabinae tandem beatae in urbe Roma vivebant, Sabini bellum cum Romanis gerere parabant. Saepe dicebant: „Romam capiemus. Bellum crudele geremus, dum omnes Sabinae liberaverimus.“ Tatius, rex Sabinorum, magna voce eos monuit: „Tacete, viri fortes! Stultum est bellum sine consilio et ordine gerere! Sed Romanos superabimus, si antea consilium bonum ceperimus. Audite ergo consilium meum! Spurius Tarpeius cum copiis Capitolium montem tenet. Si Spurius superaveritis, si Capitolium ceperitis, Romani non vobis non iam resistent et urbem deserent. Sic Romam certe capietis.“

Tatius: „Magnum praemium tibi erit, si nobis nocte portam aperueris. Dic mihi: Quid appetis?“ Tarpeia: „Vobis libenter adero, si mihi erunt ea ornamenta, quae in bracchii<sup>1</sup> vestris geritis.“ Tatius rex id praemium puellae libenter conces-sit. Tarpeia iam gaud-e-bat; secum enim cogita-vit: „Armillae<sup>2</sup> aureae,  
quas Sabini in bracchii gerunt, mox mihi erunt.“

<sup>1</sup> **bracchium** Arm - <sup>2</sup> **armilla** Armreif

## Ω

## Lektion 13: Der letzte König

### 13 E1

1. Metus homines torquet.
2. Homines pleni timoris et metus sunt.
3. Adhuc vultus tristes videmus.
4. Mox vultus hominum non iam tristes erunt.
5. Nam multitudo vultuum tristium deos movebit.
6. Adhuc tristem gemitum hominum audimus: „Adeste, di magni!“
7. Mox homines sine gemitu dicent: „Vobis, di magni, gratias habemus.“
8. Adhuc omni vultui laetitia deest. Adhuc omnibus vultibus laetitia deest.
9. Mox homines plenis manibus deis dona dabunt.

### 13 T1: Die Maske der Dummheit

Magnus erat metus Tarquinii Superbi: Viderat enim serpentem<sup>1</sup> in villa sua. Rex superbus metui temperare<sup>2</sup> non poterat; omnes signa metus videbant. Tarquinius enim sentiebat serpentem signum deorum esse. Quia consilia eorum scire voluit, filios suos cum Bruto, filio sororis, ad oraculum Delphicum<sup>3</sup> misit. Primo fratres magno cum gemitu patrem rogabant: „Cur Brutum nobiscum mittis? An nescis eum stultum esse, pater?“ Tarquinius autem filios tacere et parere voluit. Paulo post iuvenes cum Bruto portum petiverunt.

Filiī Tarquinii putaverunt id oraculum ad matrem suam pertinere. Sed Brutus statim terrae osculum<sup>4</sup> dedit. Fratres vultibus superbis Brutum riserunt: „Quid agis, puer stulte? Ecce manus tuas: Manus tuae sordidae<sup>5</sup> sunt. Talibus manibus numquam imperium tenebis.“ Brutus vultu laeto respondit: „Terra, communi matri omnium, osculum dedi. Ego igitur in urbe nostra summam potestatem tenebo.“

<sup>1</sup> serpens, ntis f Schlange - <sup>2</sup> temperare m. Dat. bändigen -

<sup>3</sup> oraculum Delphicum das Orakel von Delphi (in Griechenland) -

<sup>4</sup> osculum Kuss - <sup>5</sup> sordidus schmutzig

### 13 E2

1. Filiī Tarquinii ad Brutum: „Osculum tuum res stulta erat.
2. Semper res stultas fecisti.
3. Res stultae tibi semper placuerunt.“
4. Brutus: „Osculum meum rem stultam fuisse dicitis.
5. Sed terra mater omnium rerum (omnis rei) est.
6. Nam terra omnibus rebus (omni rei) vitam dat.“
7. Filiī Tarquinii: „Neque eo osculo neque aliis rebus imperabis.“
8. Brutus: „In ea re erratis.
9. Plenus spei sum; diem perniciei vestrae exspecto.“

### 13 T2: Die Befreiung von der Tyrannenherrschaft

Res nova Romanos terruit: Viderunt viros per vias urbis properare, qui arma secum habebant. Primo causam eius rei non comprehendenterunt. Subito autem media in turba virorum Brutum patremque tristem Lucretiae aspexerunt. Cum iis omnes viri forum petebant. Ibi Brutus manu sua patrem Lucretiae ostendit: „Videte vultum tristem eius viri! Vos cuncti de mala fortuna eius audivistis. Adeste ei, adeste rei

publicae! Tarquinius enim non solum eius viri perniciem cogitat: Nunc libertas et salus omnium civium in summo periculo sunt!  
Res adversae civitatis ad vos omnes pertinebunt. Si libertatem servare vultis, pellite Tarquinium ex urbe! Tarquinius multas res malas fecit!  
Si in rebus futuris res secundas desideratis, resistite consiliis malis tyranni.<sup>1</sup> Tum in rebus secundis vivetis. Mihi quidem spes bona est.“  
Is dies finis Tarquinii Superbi fuit. Eo die cives tyrannos pepulerunt.

<sup>1</sup> **tyrannus** Gewaltherrschter

Ω

## Lektion 14: Unterhaltung in Rom

### 14 E1

1. Tarpeia ad portam ire studet.
2. Tarpeia: „Praemium exspecto; itaque ad portam eo.“
3. Milites Romani Tarpeiam vident et ad eam eunt.
4. Milites: „Cur nocte per urbem is, Tarpeia?“
5. Tarpeia: „Fontem peto. Etiamne vos ad fontem itis, milites?“
6. Milites: „Nos ad forum imus, Tarpeia.“
7. Tandem Tarpeia ad portam it.
8. Sabini: „Iam ad portam iimus, mox in urbem ibimus.“
9. Sabini portam adeunt. Tarpeia portam aperit et exit et dicit: „Inite, Sabini!“

### 14 T1: Aufregung auf der Pferderennbahn

Parvus puer patrem rogavit: „Quin imus ad spectaculum<sup>1</sup>, pater?  
I mecum, quaeso<sup>2</sup>!“ Pater respondit: „Etsi multi homines ad spectaculum eunt, ego tecum ire non possum: Nam publius mercator me exspectat.“

„Ego cum puero Circum Maximum adibo, amice! Tu ad mercatorem ibis.“ Id consilium patri placuit. Iam amicus et puer abibant. Paulo post locum spectaculi adierunt. Amicus: „Is locus, quem nunc inimus, Circus Maximus est. Mox equos celeres videbis, puer. Ecce! Iam quadrigae<sup>3</sup> e carceribus<sup>4</sup> exeunt. Videsne equos properare, audisne multitudinem hominum clamare? Ecce! Iam quadrigae quadrigas praetereunt. Sed quid id est? Equi ceciderunt! Di boni!“

<sup>1</sup> **spectaculum** Schauspiel - <sup>2</sup> **quaeso** bitte - <sup>3</sup> **quadrigae, arum** Viergespann -  
<sup>4</sup> **carcer, carceris** Startbox

Ω

### 14 E2

1. Hic vir est miles. Ille vir est eius servus.
2. Haec turba militem salutat.
3. Hoc factum militem delectat.
4. Videsne hunc virum et hanc turbam?
5. Turba virtutem huius militis laudat:
6. „Hostes huic viro resistere non potuerunt.
7. Cum hoc viro semper vincemus.“
8. Miles: „Verba horum hominum me movent.
9. Hi viri, hae mulieres, haec verba me delectant.“
10. Servus: „Illa turba dominum meum laudat.

**11.** Sed illud bellum crudele fuit.“

**14 T2: So ein Angeber!**

Servus: „Hic vir dominus meus est. Semper se et facta sua laudat. Etiam ego hunc virum laudo, quia semper laude gaudet. Huic enim gratiam habeo, quod mihi semper pecuniam et cibos bonos dat. Audite huius verba!“

Miles: „Videte hos umeros meos! Quis umquam tam fortis umeros vidi?“

His umeris meis omnes hostes superabo. Sed ubi est servus? Vocem illius audivi – ubi est ille?“ Servus: „Stat apud virum fortem, qui etiam Martem deum superat.“ Miles: „Nonne ego sine copiis cunctos hostes vici? Ne Mars quidem me superat.“

Servus: „Hoc tibi dico: Etiam discipuli de audacia et gloria tua legunt semperque legent. Tenesne memoria te nuper in India<sup>1</sup> his manibus tuis elephantum<sup>2</sup> superavisse?“

Miles: „Pah! Facile fuit illud monstrum occidere.“

Servus: „Neque mirum est te apud feminas multum valere.“

Illae feminae, quas ibi vides,  
tecum vivere volunt. Formam tuam laudant.“

Miles: „Haec iam scio. Sed nunc duc me ad  
tabernas! Hac enim hora vinum dulce bibere  
volo. Etiam te hodie vinum bibere sinam.“

<sup>1</sup> **India:** vgl. Fw. - <sup>2</sup> **elephantus:** vgl. Fw.

①

**14 E3**

1. Servus: „Iuppiter deus sapiens est.
2. Minerva dea sapiens est.
3. Eorum consilium sapiens est.
4. Sed homines sapientes non sunt.
5. Nam consilia sapientia non capiunt:
6. Dominus meus in taberna vinum vetus et carum (vina vetera et cara) bibit. Di magni!
7. Is dives non est, quamquam multas res (multa) habet.
8. Ego cum domino sapienti et divite vivere volo.
9. Quam bene vivunt servi sapientium et divitum!“

**14 T3: Thermen – Erlebnisbäder der Antike**

Septimius gaudet: „Ego felix sum, quia mihi Romam ostendis. Quam pulchrum est hoc aedificium! Vir dives, ut puto, hoc pulchro aedificio gaudet. Solum homines honesti et divites tanta aedificia habent.“

Marcellinus: „Thermae sunt. Huius aedificii auctor Caesar fuit. Is architectum<sup>1</sup> diligentem delegit, qui has thermas magno cum sumptu aedificavit. Thermae cunctis civibus patent – et pauperibus et divitibus. Multis Romanis mos vetus est ante cenam thermas adire. Veni mecum! Intus tibi omnia ostendam.“

Marcellinus: „Ecce haec! Videsne felices, qui in alveis<sup>2</sup> variis sine vestibus se delectant? Nonnulli in tectis thermarum iacent: Ibi sole gaudent. Et vide has tabernas: Hic mercatores multa vendunt. Caesar etiam viris sapientibus donum dedit: Sapientibus licet in hac bibliotheca<sup>3</sup> libros veterum auctorum et poetarum adhuc vivorum legere.“ Septimius: „Nunc scio te felicem esse. Nam sors hominum felicium est in urbe tam pulchra habitare!“

<sup>1</sup> **architectus:** vgl. Fw. - <sup>2</sup> **alveus** Wasserbecken - <sup>3</sup> **bibliotheca:** vgl. Fw.

1

## Lektion 15: Ein Tag im Kolosseum

### 15 E1

1. Marcellinus Septimum per vias dicit.  
Septimius a Marcellino per vias ducitur.
2. Septimius: „Ducisne me ad thermas?“  
Marcellinus: „Hodie a me ad bestias duceris.“
3. Septimius: „Nunc scio: Ad amphitheatrum ducor.“
4. In amphitheatro Marcellinus et Septimius amicos vident.  
Sed Marcellinus et Septimius ab iis non videntur.
5. Septimius: „Ab amicis non videmur.“
6. Marcellinus: „Audite, amici! Vos a nobis vocamini.“
7. Sed verba eius ab amicis audiri non possunt. Nam populus clamat.
8. Amici non animadvertisunt se a Marcellino vocari.

### 15 T1: Ein Kampftag in der Arena – der Vormittag

Marcellinus: „Cur taces, amice? Nonne tibi haec omnia placent?“  
Septimius: „Clamore atque turba maxime torqueor. Nonne tu quoque multitudine hominum moveris?“

Marcellinus: „Equidem hac re non iam sollicitor, quia saepe in amphitheatro fui. Nunc ludi incipiunt. Ecce! Portae paulatim aperiuntur: Ex hac porta ingens elephantus<sup>1</sup> adducitur; ex illa porta magnus taurus<sup>2</sup> a viris fortibus in arenam trahitur. Vide! Illa monstra pugnare non cessant. Ecce! Elephantus celeri impetu tauri temptatur – et laeditur! Animadvertisne elephantum magno dolore torqueri?“ Septimius: „Vos Romanos his ludis crudelibus delectari non probo. Nonne conspectu huius bestiae miserae movemini ac turbamini?“ Marcellinus: „Hoc conspectu semper delectamur, quamquam saepe haec vidimus. Ecce! Nunc elephantus in taurum currit – taurus dentibus<sup>3</sup> ingentibus elephanti laeditur. Vide! Taurus cadit – nunc in arena iacet. Quam pulchra fuit illa pugna!“

<sup>1</sup> **elephantus:** vgl. Fw. - <sup>2</sup> **taurus** Stier - <sup>3</sup> **dens, dentis** Zahn

2

### 15 E2

1. Viri bestias in arenam ducebant.  
Bestiae a viris in arenam ducebantur.
2. Marcellinus: „Pugnis bestiarum nos omnes delectabamur.“
3. Septimius: „Vos delectabamini, ego terrebar.“
4. Marcellinus: „Tu terrebaris. Tamen audi id, quod postea agebatur!“

### 15 T2: Ein Kampftag in der Arena – der Nachmittag

Velox: „Post pugnam bestiarum venatores<sup>1</sup> arenam intrabant. Ii gladiis et telis contra leones, ursos<sup>2</sup>, elephantos<sup>3</sup> pugnabant. Quam multae bestiae tum interficiebantur! Etiam scelerati in arenam ducebantur. Illi sciebant supplicium crudele sibi instare: Saepe sine armis bestiis obiciebantur.“  
Perenna puella: „Nonne fortuna hominum infelicum movebaris?“

Velox: „Hi omnes morte digni erant; flagitia enim fecerant. Mortem igitur eorum spectabamus. Sed nunc audi de ceteris pugnis! Semper nos omnes pompa<sup>4</sup> gladiatorum excitabamur! Deinde, ut erat mos, prima pugna gladiatorum populo indicabatur. Tum gladiatores pugnam inibant. Diu bene se tegebant; tamen multi laedebantur. Victores voluntatem populi exspectabant. Iterum atque iterum clamor hominum audiebatur: „Iugula! Iugula!“ Denique, ut mos in ludis est, a principe signum dabatur: Profecto is, qui in arena iacebat, ferro interficiebatur.“ Perenna: „Hoc credere vix possum. Nonne vos his pugnis crudelibus perterrebamini?“

<sup>1</sup> **venator** Tierkämpfer - <sup>2</sup> **ursus** Bär - <sup>3</sup> **elephantus:** vgl. Fw. -

<sup>4</sup> **pompa** Einzug - <sup>5</sup> **iugula!** Stich ihn ab!

## 1

### Lektion 16: Ein wichtiges Buch

#### 16 E1

1. Corpus huius viri pulchrum est.
2. Hic vir forma corporis gaudet.
3. Corpore pulchro multos viros superare vult.
4. Corpora pulchra etiam a Romanis laudabantur.
5. Hic vir temporibus antiquis vivebat.
6. Hic vir fur erat, qui magnum scelus fecit.
7. Nomen huius viri (et nomina ceterorum furum) nondum scimus.
8. Hic vir auctor criminis mali erat.

#### 16 T1: Ein Diebstahl mit Folgen

„O di magni!“ Velthurius haruspex<sup>1</sup> clamat. „Tale flagitium, tale scelus! De scelere simili nondum audivi! Id genus sceleris novum est! Semper putaveram nos a deis tegi!“ Statim Larisa, filia haruspicis, pedibus celeribus venit. „Quid accidit, pater? Cur clamas, cur de scelere narras? Nullum sceleratum videre possum; nullum vulnus in te aspicio, pater!“ Velthurius: „O Larisa! Vulnus mihi non in corpore est, sed in pectore!“ Et suspicionem habet: „Fur in domo nostra fuit! Fur malus librum haruspicum rapuit! Nonne furem vidisti, qui librum rapuit?“ Larisa negat. Velthurius: „Nullum furem vidi, nullum nomen scio. Sed constat furem in hanc domum nostram venisse. Temporibus antiquis patres nostri tale scelus non viderunt. O tempora, o mores! Nova quidem tempora crimina nova creant.“

<sup>1</sup> **haruspex, icis** m Opferpriester, Zeichendeuter

## 1

#### 16 E2

1. Velthurius: „Amici me de libro mox rogabunt. Mox ab amicis de libro nostro rogabor.
2. Et tu, Larisa, rogaberis.

3. Nostra familia rogabitur; etiam servi de libro rogabuntur.
4. Quando liber noster invenietur?
5. Quid, si liber noster a furibus laedetur?
6. Tum ego non iam ad sacra vocabor, non iam arcessar.“

### 16 T2: Ein Buch und seine Geheimnisse

Larisa: „Quid accidet, nisi librum sanctum mox invenerimus?“

Velthurius: „Senatus haruspices<sup>1</sup> reprehendet; senatores clamabunt. Ego a senatu non iam de rebus futuris rogabor; nos sacerdotes non iam rogabimur. In honore non iam erimus. Nomen honestum domus nostra ridebitur. Tu quoque, infelix filia, rideberis; vos omnes – tu, mater, servi – a ceteris civibus ridebimini. Puto nos servari non posse. Sine libro nostro nulla iam hostia deis praebebitur. Dei carmina sancta non iam audient; nam ea carmina sine libro nostro non iam cantabuntur. Ita res publica in periculum veniet et peribit.“

Larisa: „Res publica? Cur id times, pater?“

Velthurius: „Sine certis verbis et carminibus idoneis preces nostra a deis non iam audientur. Dei sacra repellent; atque dona, quae eis tribuimus, non iam accipientur; ne sanguis quidem hostiarum ab eis accipietur. Haruspices hostias non iam interficiunt, sanguinem hostiarum non iam fundent. Itaque ego a senatu reprehendar et ex urbe pellar. Denique nos cum omni gente ex urbe pellemur. Periimus!“

<sup>1</sup> **haruspex, icis m** Opferpriester, Zeichendeuter

### Ω

### 16 E3

1. Cum Velthurio uxor et una filia et duo servi in villa habitabant.
2. Tres homines liberi cum duobus servis ibi habitabant.
3. Velthurius iam duodecim annos in urbe vivebat.
4. Velthurius sic credebat: „Caelum, terra, mare deis parent.
5. Dei omnes terras et omnia maria tenent.
6. Dei domini terrarum et marium, hominum et animalium sunt.
7. Dei homines et animalia, naves et tecta servant.“

### 16 T3: Ein Zeuge berichtet

Velthurius servum manibus capit: „Nihilne audivisti, Fide?“ Fidus: „Au-, au-, audivi.“ Velthurius: „Quin me excitavisti? Quot viri fuerunt? Dic mihi numerum: Unus an duo?“ Fidus: „Clamor me excitaverat! Subito tres viros vidi. Omnes pallia<sup>1</sup> nigra gesserunt. Ora eorum videre non potui; eos rogavi: ,Quid vultis?’, cum post me sonos pedum audivi. Au, au! Nunc caput mihi dolet, domine!“

„Vide, pater! Video multa vestigia<sup>2</sup>: octo, decem, duodecim varios pedes! Non quattuor vel quinque, sed sex scelerati fuerunt!“ Velthurius: „Etiam si septem vel viginti fures fuerunt: Liber meus deest!“

„Unus e viris dixerat: ,Omittite arcam<sup>3</sup>! Tantam arcam ne animalia quidem fortia portare possunt. Nos eam trans<sup>4</sup> moenia trahere non

possumus; capite librum solum! Tandem ad mare currere volumnus!  
Ibi tuti erimus.“ Velthurius: „Puto eos ad portum fugisse.“  
Larisa: „Hoc certum est. Quin nave cele-  
ri portum petimus? Ventus secundus est.  
Ad turrim novam Rufus amicus vivit; de  
turri omnia videt.“

<sup>1</sup> **pallium** Mantel – <sup>2</sup> **vestigium** Fußspur – <sup>3</sup> **arca** Truhe –  
<sup>4</sup> **trans** Präd. m. Akk. über

## Ω

### Lektion 17: Jagd auf die Verbrecher

#### 17 E1

1. Velthurius semper luce solis excitabatur:  
Sed hac nocte sonis miris excitatus est.
2. Larisa clamore patris excitata est.
3. Voce Velthurii villa completa est.
4. Etiam ab uxore Velthurii clamor auditus est.
5. Velthurius: „Violatus et deletus sum.“
6. Uxor: „A quo violatus es, vir?“
7. Velthurius: „A fure nos omnes violati sumus.
8. Hodie omnes sacerdotes a furibus violati sunt.
9. Omnes sciunt nos a furibus violatos esse.“

#### 17 T1: Auf der Spur

Paulatim Rufus excitatus est. Tum Larisa ei totam fabulam narravit.  
Postquam fabula narrata est, Rufus ira completus est: „Tale flagitium in  
urbe Roma nondum auditum est. Certe fures mox capientur; tum  
damnabuntur.“ Larisa: „Id speramus! Narra tandem! Quid hic accidit?“  
Rufus: „Prima luce vocibus complurium virorum excitatus sum, qui ad  
portum venerant. Postquam ad fenestram properavi, eos aspexi: Erant  
circiter quinque vel sex viri; unus ex iis servus erat. Pallia<sup>1</sup> nigra gere-  
bant; speciem sceleratorum praebebant. Unus cistellam<sup>2</sup> secum gessit.  
Audivi eos navem in portu petivisse; eorum fugam  
bene paratam esse puto. Servus autem in urbe  
remansit.“

Postquam omnia narrata sunt, Larisa: „Certe illi  
viri fuerunt, a quibus tu, Fide, heri violatus es.  
Puto ab iis etiam nomen patris paene violatum  
esse. Sed haec res ad finem nondum venit! Fugam  
sceleratorum impediemus; poena eis certa est.  
Nam leges nostrae tale flagitium non conce-  
dunt, iudices nostri sceleratos damnabunt.“

<sup>1</sup> **pallium** Mantel - <sup>2</sup> **cistella** Kistchen

## Ω

#### 17 E2

1. Rufus Larisam monuit. Larisa a Rufo monita est.
2. Larisa et Rufus periculis territi non sunt.

3. Rufus Lucium arcessivit et ab eo auxilium petivit.
4. Lucius a Rufo arcessitus est. A Lucio auxilium petitum est.
5. Vigiles a Lucio per totam urbem missi sunt.
6. Servus in theatro visus et captus est.
7. Postquam servus comprehensus est, etiam Fidus et Larisa ad theatrum ducti sunt.

### 17 T2: Das Ende

Servus a Lucio aqua excitatus et monitus est: „Surge, scelerate!“ Servus autem conspectu vigilum<sup>1</sup> territus est nihilque respondit. Nunc Lucius clamavit: „Narrat tandem! Cui servis, scelerate? A quo arcessitus es? Dic mihi nomina sociorum tuorum! Quo librum portaverunt? Quid a vobis quaesitum, quid petitum est?“

Amici a vigilibus statim ad aedilem<sup>2</sup> ducti sunt. Ab eo audiverunt coniuratos<sup>3</sup> eorumque socios diu in urbe non iam visos esse. Aedilis narravit: „Primo illi viri a civibus risi sunt, quia litteris Etruscis scribebant. Ab aliis civibus reprehensi sunt, quod undique in necropolim<sup>4</sup> veterem conveniebant. Ante paucos dies fugerunt.“

Postquam ad portam ventum est, vigiles statim per vim inierunt: Ibi pauci viro e libro Etrusco carmina recitabant. Magnus clamor undique factus est. Quamquam scelerati se defendebant, satim victi, comprehensi, in iudicium vocati, in carcerem<sup>5</sup> coniecti sunt. Sic liber sanctus studio Larisae inventus est; statim ad Velthurium nuntius felix missus est.

<sup>1</sup> **vigil, vigilis** m Wächter, Polizist - <sup>2</sup> **aedilis, is** m Ädil (hoher Polizeibeamter) -

<sup>3</sup> **coniuratus** Verschwörer, Terrorist - <sup>4</sup> **necropolis, is** Nekropole, Gräberstadt -

<sup>5</sup> **carcer, carceris** Gefängnis

## 1

### Lektion 18: Mythen erklären

#### 18 E1

1. Scelerati, quia a civibus risi erant, fugerunt et se condiderunt.
2. Rapax servus, qui a Rufo captus erat, a vigilibus comprehensus est.
3. Si ceteri scelerati comprehensi erunt, etiam liber invenietur.

#### 18 T1: Europa und der Stier

„Rex, audi de calamitate filiae tuae: Europa a me ad litus ducta erat. Nam ab aliis virginibus ad ludos vocatae eramus. Ibi subito taurus in conspectum nostrum venit et in arena consedit. Numquam taurus tam praeclarus a nobis spectatus erat. Itaque Europa illum manibus tetigit. Vix in tergo bestiae consederat, cum ab animali iam in aquam portata est. Europa perterrita est; certe secum cogitavit: ‚Si in mare altum ducta ero, pater certe cura gravi torquebitur.‘ Denique clamare coepit: ‚Redi ad litus, taure!‘ Vox virginis, quae timore ingenti completa erat, adhuc a nobis animadversa est. Sed amicae adesse non potuimus.“ Postquam haec omnia a patre accepta sunt, statim fratres Europae in multas terras missi sunt. At puella inventa non est. Taurus enim eam in Cretam deduxerat.

Ibi Europa animadvertisit  
se a love raptam esse; is  
formam mutaverat, quia  
amore captus erat.

**Ω**

**18 E2**

1. Europa taurum fortem tetigit. Europa taurum corporis ingentis tetigit.
2. Ille taurus corpore ingenti erat.
3. Europa, postquam a tauro deducta est, non iam bono animo erat.

**18 T2: Ein Ende der Qualen**

Hercules in Caucasum<sup>1</sup> venit. Sed quid ibi vidit? Prometheus, vir summae virtutis, in vincula datus erat. Itaque hunc virum interrogavit:  
„Cur talis poena tibi statuta est, infelix?“  
Prometheus respondit: „Vita mortalium, qui a me creati erant, plena laborum erat; nam Iuppiter eis ignem, rem magni pretii, negaverat.  
Itaque mihi placuit mortalibus adesse; illam rem necessariam eis donare constitui. Postquam pro hominibus ignem e caelo rapui et in tecta mortalium portavi, ii bono animo fuerunt. Me laudabant et contebant me magna virtute esse. Sed Iuppiter ira acris fuit, quia ignis raptus erat. Itaque ab eo captus et deductus et in vinculis relictus sum. Iterum atque iterum me temptat aquila<sup>2</sup>, quae est magna vi; ea iecur<sup>3</sup> meum laedit. Quis umquam eius modi poena tortus est?“ Hoc suppicio gravi Hercules denique motus est: Aquilam crudelem telo interfecit virumque praeclarum a vinculis liberavit.

<sup>1</sup> Caucasus der Kaukasus (Gebirgszug an der Grenze zu Asien) - <sup>2</sup> aquila Adler -

<sup>3</sup> iecur n Leber

**Ω**

**18 E3**

1. Homines a Prometheo creati sunt. Sed igne carebant.  
Homines, postquam a Prometheo creati sunt, igne carebant.  
Homines a Prometheo creati igne carebant.
2. Itaque Prometheus ignem e caelo rapuit et hominibus donavit.  
Itaque Prometheus ignem e caelo raptum hominibus donavit.
3. Iuppiter eo dolo motus poenam crudelem in Prometheum constituit.
4. Aquila crudelis Prometheum in vincula datum laesit.
5. Hercules verbis Promethei motus virum miserum e vinculis liberavit.
6. Hercules Prometheum a love in vincula datum (tamen) liberavit.

**18 T3: Flugpioniere**

Prima luce Daedalus Icarum e somno excitavit et filio amato dixit:  
„Surge statim, Icare! Alae<sup>1</sup> ad fugam paratae sunt, quae diu in tecto conditae erant.“ Sine mora pater filio alas ad fugam paratas praebuit; tum eum instituit: „Cape alas, quas e pennis<sup>2</sup> et cera<sup>3</sup> feci.“ Statim Icarus alas e pennis et cera factas cepit. Tum filius laetitia completus respondit:  
„Pater, nemo nos a fuga prohibebit. Nemo nos retinebit ut captivos.  
Nunc per caelum latum in patriam desideratam volare possumus.“

Daedalus autem timore et curis sollicitatus filium monuit, priusquam alas movere et volare coeperunt: „Vita pericula solis! Vita pericula

undarum! Vita mare ventis motum! Vola per aerem media via<sup>4</sup>!“

Tandem Daedalus et Icarus spe adducti fugam inierunt et per aerem volaverunt. Sed filius a patre institutus tamen consilia eius neglexit; summa audacia caelum altum appetivit. Itaque perniciem vitare non potuit. Nam sol ceram solvit alasque delevit. Sic puer miser in mare ventis vehementibus motum cecidit.

<sup>1</sup> **ala** Flügel - <sup>2</sup> **penna** Feder - <sup>3</sup> **cera** Wachs - <sup>4</sup> **media via** auf einer mittleren Bahn

## Ω

### Lektion 19: Mythen warnen

#### 19 E1

1. Daedalus et Icarus regem Cretae insulae fugere constituerant.
2. Daedalus ipse omnia ad fugam paravit.
3. Icarus a patre ipso alas accepit.
4. Alae Icaro ipsi placuerunt.
5. Pater monuit: „Vita pericula ipsius solis!“
6. Pater et filius, dum per aerem volant, aves ipsas terruerunt.
7. Daedalus regem Cretae tyrannum dicebat (appellabat).
8. Ille enim Daedalum captivum fecerat.
9. Homines Daedalum eiusque filium aves putaverunt.
10. Daedalus et filius ab hominibus aves ducti sunt.

#### 19 T1: Göttlicher Zorn

Mulieres Thebanae<sup>1</sup> Latonam sacris coluerunt. Nam sacerdos Iovis ipse eas ad haec sacra adduxerat. At Nioba sacra reprehendit. Itaque ipsa mulieres his verbis a sacris prohibuit: „Cur Latona sacra facitis? Cur mihi ipsi ara non est? Tantulum ipsum, cui licet cum superis cenare, patrem appello. Omnes me felicem dicunt; me ipsam felicem puto, quia mihi septem filii et septem filiae sunt. Latona autem mater duorum tantum liberorum nominatur. Cur illam magnam deam aestimatis?“ Latona autem, postquam haec verba accepit, liberos suos monuit: „Nemini – ne potenti quidem – deos superare licet. Me omnes colunt, mihi multi sacra faciunt. Evidem a Iove lecta sum liberosque praeclaros ei peperi. Nioba autem me ridet, quia se ipsam potentem dicit. Itaque vobis impero: Este crudeles in illam! Vindicate graviter<sup>2</sup> in illam mulierem superbam eamque infelicem reddite!“ Profecto hoc ipso die superbia<sup>3</sup> Niobae nefariae ab Apolline et Diana vindicata est.

<sup>1</sup> **Thebanus** thebanisch - <sup>2</sup> **graviter** Adv. hart - <sup>3</sup> **superbia** Überheblichkeit

## Ω

#### 19 E2

1. Daedalus per aerem volans filium suum monet.
2. Pater filio per aerem volanti viam ostendit.
3. Daedalus filium per aerem volantem monet.
4. Rex Cretae patrem et filium per aerem volantes aspicit.
5. Daedalus et Icarus per aerem volantes fugere volebant.
6. Icarus patri non parens in mare cecidit.
7. Pater filio auxilium petenti adesse non potuit.

### 19 E2: Ein verbotener Blick

Eurydica amore capta Orpheo nupserat. Sed maritus amans non diu beatus erat. Nam uxor in campo serpentem<sup>1</sup> pede tangens interfecta est. Orpheus hunc nuntium tristem accipiens paene desperavit. Eurydicam enim toto pectore desiderabat. Mox autem marito coniugem desideranti placuit in Tartarum descendere. Cantans enim voce dulci Orpheus non solum mortales, sed etiam deos commovere potuit. In Tartaro a Plutone uxorem repetivit hoc carmen cantans: „O rex umbrarum, superi sortem acerbam mihi tribuerunt. Tu autem redde mihi coniugem!“ Profecto Pluto carmen illius audiens Mercurium iussit Eurydicam e tenebris educere. Simul Orpheum monens hanc condicionem dedit: „Te ad lucem solis redeuntem veto oculos ad uxorem vertere.“ Ea condicio ab Orpheo accepta<sup>2</sup> est.

At Orpheus uxorem non iam animadvertis ad eam respexit. Et statim Mercurius Eurydicam ad umbras reduxit. Orpheus veniam petens deos Tartari non iam flexit; uxorem iterum perdiderat.

<sup>1</sup> serpens, ntis Schlangen - <sup>2</sup> accipere hier: akzeptieren

### Ω

### 19 E3

1. Orpheus carmina dulcia cantans homines et bestias delectabat.
2. Orpheus amore motus in Tartarum descendit.
3. Orpheus oculos ad uxorem vertens iram Plutonis excitavit.

### 19 T3: Die Götter kann man nicht betrügen

Iuppiter ira motus Mortem<sup>1</sup> iussit Sisyphum ad inferos deducere. Sed Sisyphus vitam amans Mortem febellit eamque in vincula dedit. Brevi autem Mors a Marte deo liberata Sisyphum tandem in Tartarum deduxit. Sed ille ne apud inferos quidem de salute desperavit. Immo spe commotus dolum invenit et Plutonem ipsum, qui inferos regit, his verbis pressit atque obsecravit: „Coniugem convenire eamque monere volo; nam ea sacra mortuis debita nondum fecit.“ Profecto Pluto dolum non animadvertis Sisyphe inferos relinquere concessit; is enim promiserat se redire velle. Fidem autem datam non servavit; sed Mortem ridens apud mortales vitam laetam egit. Itaque Mors Sisyphum resistentem iterum in Tartarum traxit. Nunc Sisyphus effugere non iam potuit. Immo ingens poena ab inferis delecta est: Sisyphus semper saxum in montem volvere debet. Cum autem ad summum montem venit, saxum revolvitur<sup>2</sup> – et a Sisypho iterum in montem volvitur. Sic laborem inanem facit.

<sup>1</sup> Mors, Mortis f Mors (der Tod als Person) - <sup>2</sup> revolvitur er (sie, es) rollt zurück

### Ω

## Lektion 20: Rom im Konflikt

### 20 E1

1. Pluto deus inferis ut rex praerat.
2. Apud inferos nemo sceleratis parcebat.
3. Scelerati ibi omni auxilio carebant.
4. Nemo sceleratos iuvare voluit.
5. Neque Sisyphus poenam deorum effugere potuit.
6. Poenam deorum non providerat.
7. Saluti suae non providerat (consuluerat).
8. Salus sceleratorum inferis curae non erat.
9. Inferi sceleratis scelera criminis dabant.
10. Itaque eis auxilio non veniebant.
11. Neque flentibus consulebant.

### 20 T1: Am Ende siegen die Frauen

„Summo in periculo sumus! Salus liberorum nobis curae est. Coriolanus vobis, matri coniugique, certe parcer. Sed quid accidet nobis? Quis plebi consulet? Iuvate nos, amicae! Nisi nobis auxilio veniretis, id vobis criminis dabimus. Urbi reique publicae magno usui esse potestis: Ite ad Coriolanum, qui copiis hostium preeest et castra ad urbem posuit. Vos magna efficere, vos saluti omnium providere potestis.“

„Tunc hanc terram delere vis, quae te peperit? Num pernicie esse vis mihi et patriae, quae te aluit? Quaero ex te: Cur tam nefario modo in patriam consulere vis? Nonne tum, cum in conspectum urbis venisti, cogitavisti intra moenia matrem, uxorem, liberos esse? Hoc audi et disce, fili<sup>1</sup>: Ego, mulier libera, te in patria libera peperi; in servitatem me non duces.“ Coriolanus matrem audivit – sed roganti non respondit. Tandem irae matris cessit; lacrimae flentium virum fregerunt: Complexum<sup>2</sup> uxoris liberorumque accepit, priusquam copias hostium<sup>3</sup> ab urbe deduxit.

<sup>1</sup> fili: Vok. zu filius - <sup>2</sup> complexus, us m Umarmung

### Ω

### 20 E2

1. „Cur tu, Romane, Romanos temptas? Idem sol et tibi et mihi est.
2. Lux eiusdem solis te et patriam Romam iuvat.
3. Eadem terra nos aluit.
4. Nunc tot mulieres ad te venerunt, quot in urbe sunt.
5. Eae tantum petunt, quantum tu non exspectavisti.
6. Eadem vis in nobis est quae in vobis, viri.“

### 20 T2: Wer rettet das Kapitol?

Cominus saxum ascendit<sup>1</sup> neque ab hostibus visus est. Idem iuvenis hominibus in arce desperantibus spem dedit eosque iussit: „Desinite desperare! Camillus auxilio vobis veniet!“ Nocte iuvenis eadem via Capitolium reliquit, qua venerat. Sed luce solis Galli vestigia iuvenis

animadverterunt. Itaque nocte idem saxum ascenderunt. Omnia summo cum silentio fecerunt, dum custodes arcis dormiunt<sup>2</sup> neque periculum provident.

Alios autem custodes Galli non fefellerunt: anseres Capitolinos<sup>3</sup>, qui Iunonis sacri erant; iidem subito tantum clamorem fecerunt, quantum arx nondum audiverat. Tali clamore excitati milites Romani hostes animadvertisunt, arma capiunt, Gallos in saxo haerentes caedunt vel de saxo pellunt: Tot Galli eodem die ceciderunt, quot ne totus quidem exercitus Romanus uno proelio interficere potuerat. Profecto autem Galli tali ab hoste victi erant, qualem non exspectaverant: ab anseribus. Nam ii eadem vi fuerant qua homines fortis.

**1 ascendere** hinaufsteigen - **2 dormire** schlafen - **3 anseres Capitolini** *m Pl.*  
die kapitolinischen Gänse

## 1

### Lektion 21: Der Feind Hannibal

#### 21 E1

1. Veturia Coriolanum filium reprehendit: „Ira me movet. Felix non iam sum. Felix essem, si tu hostis Romae non essem.
2. Si animum tuum mutare possem, nihil aliud vellem.
3. Nisi bellum gereres, te amaremus.“
4. Coriolanus: „Si copias deducerem, socii me riderent.“
5. Veturia: „Nisi hostes a te contra Romam ducerentur, a Romanis non timereris.“

#### 21 T2: Ein kindlicher Schwur

Iam Hamilcar, pater Hannibal, plenus erat odii in Romanos. Itaque Hannibalem ad aram Iovis adduxit. Manu dextera Italiam ostendens dixit: „Vide, puer: Trans mare apertum Italia iacet. Nisi Romani hostes tam potentes essent, nos felices essemus. Et ego felix essem; beatam tutamque vitam vivere possem. Laeto pectore sine curis vivere vellem. Sed a Romanis e Sicilia pulsus sum. Itaque ii mihi odio sunt. Tange hanc aram et iura!“

His verbis odium Hannibal's auctum est. Itaque dextera aram tetigit iurans:  
„Di immortales, hoc vobis iuro:  
Numquam in amicitia ero cum  
Romanis; ii mihi semper odio erunt.“  
Ad patrem versus haec verba addidit:  
„O pater, ego nisi puer essem, non  
hic remanerem, sed in Italiam irem et  
cum Romanis pugnarem. Ibi Romani  
a me vincerentur, patria autem nostra  
ab hoste liberaretur. A Romanis non  
iam rideremur. Statim tecum contra  
Romanos contendere cupio!“

## 1

#### 21 E2

1. Hannibal felix non erat; nam Romani hostes erant.  
Hannibal felix fuisset, nisi Romani hostes fuissent.

2. Hannibal si potuisset, iam antea Italiam petivisset.
3. Statim in Italiam isset, cum Romanis bellum gessisset eosque vicisset.
4. Romani ab Hannibale postea victi non essent, nisi puer a patre excitatus et monitus esset.

### 21 T2: Die Karthager auf dem Gipfel

Agmen Poenorum postquam constitit, Hannibal orationem habuit:  
„Milites! Nos omnes eodem itinere, iisdem laboribus fessi<sup>1</sup> sumus.  
Non periimus, sed supersumus. Ne insidiae quidem Gallorum nos vice-  
runt. Sed bellum incepum conficiemus. Vos nisi tam fortis fuissetis,  
numquam usque ad hunc locum venissemus. Ego ipse sine vobis hos  
labores subire neque voluisse neque potuisse. Alius exercitus num-  
quam huc venisset, sed perisset. Romani autem si scirent nos cum tot  
elephantis<sup>2</sup> Alpes transisse, iam heri ad matres suas fugissent. Nisi a deis  
immortalibus defensi essemus, hostibus obiecti et ex Alpibus expulsi  
essemus; Italiam non vidissemus, non superfuissetis.  
Nunc autem munere deorum  
Italia iam in conspectu est,  
campi lati sub pedibus iacent.  
Italia iam sub oculis est. Post  
unum aut duo proelia arcem et  
caput Italiae in manu et potes-  
tate tenebitis! Magna praemia  
vobis propono. Omittite ergo  
curas vestras!“ Sic Hannibal  
animos militum excitavit. Tum  
agmen procedere coepit.

<sup>1</sup> **fessus** müde - <sup>2</sup> **elephantus:** vgl. Fw.

### Ω

### 21 E3

1. Hannibal saepe a deis auxilium petiverat. Hannibal a deis petiverat, ut exercitui suo adessent.
2. Hannibal milites suos monuit, ut procederent. Eos monuit, ne desperarent.
3. Timebat enim, ne milites desperarent. Periculum erat, ne a Romanis vincerentur.
4. Tum officium militum Romanorum erat hostem ab urbe prohibere.
5. Militum Romanorum erat Hannibalem ab urbe prohibere.
6. Hannibal enim militibus suis promiserat: „Mox tota Italia in manibus vestris erit!“
7. Mox tota paene Italia Hannibalis et Poenorum erat.
8. Hannibal cum magno numero militum Romanos vicerat.

### 21 T3: Hannibal ante portas!

Nuntiatum est Hannibalem vicensse, magnam partem militum Romano-  
rum occisam esse. Statim urbs luctu completa est. Ante curiam matronae<sup>1</sup>  
stabant mortem suorum timentes. Mulieres singulos senatores rogaverunt,  
ut militibus auxilio venirent: Aliae ab iis petiverunt, ut eos milites, qui  
superfuerant, servarent; aliae oraverunt, ut familiis nomina mortuorum  
indicarentur. Senatores autem mulieres monuerunt, ne desperarent:  
„Mulieres! Nemo nostrum sine timore est. Vos autem nimium timoris  
torquet. Iam aliquos hostes aliasque acies vicimus! Censemus nondum  
omnia acta esse.“

Quintus Fabius Maximus<sup>2</sup> timebat, ne senatores matronis auxilium  
negarent. Itaque senatoribus imperavit, ut communi saluti provide-

rent: „Meum munus et officium est vos monere; consulis est rei publicae consulere; senatus est omnibus adesse!“ Deinde postulavit, ut speculatores<sup>3</sup> ad reliquias exercituum mitterentur; nam eorum fortuna adhuc ignota erat, homines nihil novi audiverant. Nunc tota paene Italia Hannibal erat; praeda ingens victoris erat: equi, obsides, magna vis argenti. Tum periculum erat, ne Roma quoque victoris esset. Sed postremo Victoria non Poenorum, sed Romanorum erat.

<sup>1</sup> matrona Matrone, Ehefrau - <sup>2</sup> Fabius Maximus: bedeutender röm. Politiker - <sup>3</sup> speculator Kundschafter

## Ω

### Lektion 22: Unterwegs zum Glauben

#### 22 E1

1. Romanus quidam haec de temporibus antiquis narrat:
2. „Multi cives filium quandam Hamilcaris imperatoris timebant.
3. Quidam eius virtutem laudabant.“
4. Odium Hannibal in Romanos tantum erat, ut totam Italiam occupare vellet.
5. Itaque cum militibus magnum iter subiit, ut Romam appeteret.
6. In summo monte Alpium orationem habuit, ne milites pericula timerent.

#### 22 T1: Eine entscheidende Wende

„Certe tibi, Agrippa, quidam e nuntiis tuis de iuventute mea narraverunt: A iuventute enim omnes leges, quae a nostris scriptae ac traditae sunt, ingenti quodam studio servabam. Cunctos, qui adversus religionem Iudeam agebant, in vincula dare studebam. Itaque primo Hierosolymis<sup>1</sup> quosdam Christianos comprehendendi.

Deinde cum quibusdam comitibus Damascum<sup>2</sup> perrexi, ut etiam ibi multa contra Christianos facerem. At subito in via tam clara lux de caelo nos circumdedidit, ut omnes in terram caderemus. Et ecce!

Magnam quandam vocem audio rogan- tem: ‚Saule, Saule, cur me torques?‘

Ego autem adeo perterritus sum, ut respondere primo non possem. Tandem dixi: ‚Quis es, Domine? Quid facere me iubes?‘ Ab eo autem responsum est:

„Iesus Nazarenus sum. Te vocavi, ne perges me meosque opprimere. Te vocavi, ut te mitterem ad omnes gentes, ut aprire rentur eorum aures et oculi, ne in tenebris manerent.‘ His verbis adductus vitam meam converti.“

<sup>1</sup> Hierosolymis in Jerusalem - <sup>2</sup> Damascum nach Damaskus

## Ω

#### 22 E2

1. „Iste deus vester mortem effugere non potuit.
2. Itaque istam religionem Christianam stultam aestimo.
3. Nomen istius viri mihi odio est.“

4. Paulus iam puer leges Iudeorum sciebat.
5. Petrus primus Iudeos de Iesu Nazareno docebat; Paulus autem primus alias gentes docebat.
6. Postquam Petrus et Paulus a militibus Romanis capti sunt, mortem fortes exspectabant.

## 22 T2: Außenseiter Christen

„Fama mira de Christianis ad aures nostras pervenit. Turpes quasdam res de istis Christianis comperi. Invitus haec audivi: Nocte isti homines frequentes locum quandam petunt. Ibi latent et laeti cibos nefarios accipiunt. Nam sacerdotes eorum paulo ante quosdam liberos occiderunt, ut omnes Christiani sanguinem eorum communes biberent. Immo Christiani iam pueri discunt eum sanguinem sanctum esse. Sed ista disciplina<sup>1</sup> Christiana falsa est; religio est nulla. Cur enim isti nulla tempa habent, signa nulla, nullas aras? Cur isti hominem quandam sceleratum, qui iuvenis in cruce necatus est, ut deum colunt? Furore commoti credunt istum Christum non mortuum esse, sed de mortuis surrexisse<sup>2</sup> atque vitam aeternam accepisse. Itaque et ipsi mortem non metuunt, sed placidi exspectant. Quis istorum furem comprehendere potest?“

<sup>1</sup> **disciplina** Lehre - <sup>2</sup> **de mortuis surgere** von den Toten auferstehen

## Ω

## 22 E3

1. Christiani saepe crimina hominum malorum audiebant.
2. Ii mortem non metuebant; metus mortis eos non commovebat.
3. Quamquam in periculo erant, deo suo fidem servabant.
4. Res falsae de Christianis narrabantur,
  - quia (quod) ceteri homines eorum religionem nesciebant.
  - cum nuntii falsi ad aures hominum pervenissent.
5. Nonnulli autem amore Christi capti sunt, ubi primum res a Iesu Nazareno factas compererunt.

## 22 T3: Tod im Namen des Glaubens?

Diocletianus cura imperii commotus hoc consilium cepit: „Auxilio deorum gloriam antiquam imperii restituam. Sed dei nos non iuvabunt, dum quidam cives cultum eorum neglegent. Hoc Christianis haud ignoscemus. Itaque necesse est in Christianos vi animadvertere.“

Ubi (primum) Diocletianus Christianos in vincula dari iussit, Sebastianus, quamquam praefectus praetorio<sup>1</sup> erat, occulte captivos adiit, ut eis diceret: „O fortis milites Christi, deponite metum! Dimittite curam vitae! Sustinete omnes poenas – spe salutis aeternae impulsi!“

Diocletianus autem, cum per delatores<sup>2</sup> omnia comperisset, eum accusavit: „His rebus a te gestis commoveor. Tibi semper amplos honores tribui, cum tu rem communem cum istis Christianis faceres. Te interfici iubebo, nisi deis sacra feceris.“

Ei Sebastianus placidus respondit:

„Cum alii periculum vitae timerent,  
Christianus metu mortis numquam  
territus est. Priusquam hic dies  
praeterierit, vitam alteram, vitam  
aeternam accipiam.“ Diocletianus  
protinus Sebastianum necari iussit.

<sup>1</sup> **praefectus praetorio** Befehlshaber der kaiserlichen Leibgarde -

<sup>2</sup> **delator** Verräter



## Lektion 23: Der Glaube verändert

### 23 E1

1. Postquam equi arcessiti sunt, Saulus Damascum urbem petivit.

Equis arcessitis Saulus Damascum urbem petivit.

2. Dum Saulus ad urbem pervenit, subito lux mira in caelo fuit.

Saulo ad urbem perveniente subito lux mira in caelo fuit.

3. Cum equi territi essent, Saulus in terram cecidit.

Equis territis Saulus in terram cecidit.

### 23 T1: Sieg im Zeichen des Kreuzes

„Consilium cepi vere vel aestate Italiam petere Romamque liberare. Itaque milites conscripsi, vere ineunte Alpes transii, multa oppida Italiae cepi. Aestate exeunte iam ante moenia Romae castra collocavi. Statim pericula novi: Urbs bene tecta erat. Multis militibus urbem defendantibus Maxentius pugnam non metuebat. Magna fiducia sui proelium init. Sed subito condiciones belli omnino conversae sunt: Quodam die e tabernaculo<sup>1</sup> exeo. Et ecce: Conspicio in caelo et signum crucis et haec verba: ‚Hoc signo vinces.‘ Statim copias convocari iussi. Copiis convocatis militibus imperavi, ut scuta<sup>2</sup> signo crucis ornarent. Omnes paruerunt. Scutis ornatis proelium iniimus. Proelio inito hostes procedunt, clamorem tollunt summaque vi pugnant. Sed nostri eis viam claudunt pontemque Milvium<sup>3</sup> delent. Ponte autem deleto hostes fugere non iam possunt. Multi in Tiberim ruunt, inter eos etiam iste Maxentius. Bello tandem confecto Romam intravi. Nunc Romae pax est.“

<sup>1</sup> **tabernaculum** Zelt - <sup>2</sup> **scutum** Schild -

<sup>3</sup> **pons Milvius** Milvische Brücke (im Norden von Rom)



### 23 E1

1. Constantinus victoria gaudet: „Armis signo crucis ornatis vicimus.

2. Auxilio dei promisso virtus militum excitata est.

3. Militibus Maxentii magna virtute pugnantibus exercitus meus vicit.

4. Deo ducente (duce) Maxentium vicimus.

5. Maxentio mortuo Romam tandem intravi.“

### 23 T2: Bonifatius wagt ein Gottesurteil

Willibald: „Ut certe scis, o Wigbert frater, me oportet res gestas Bonifatii cognoscere. His rebus cognitis ego libellum de vita eius conscribam. Sed pauca adhuc comperi.“ Wigbert: „Narrabo tibi de maximo facto, quod Bonifatius deo auctore in regione Hessorum<sup>1</sup> fecit: Nonnullis Hessis iam baptizatis<sup>2</sup> alii adhuc magnas arbores et fontes antiquos colebant. Ea re nuntiata Bonifatius mihi dixit: ‚Omnibus ostendam deum Christianorum plus valere quam ista numina Germanorum. Nam illam arborem claram, quam Germani arborem

lovis<sup>3</sup> appellant, caedere decrevi.' Undique consilio Bonifatii cognito ad illam arborem ventum est. Multi Germani arma gerunt vultibusque saevis nos terrent. Periculo mortis instantे Bonifatius tamen arborem caedere incipit. Et ecce: Nullo resistente arbor statim ruit."

Willibald: „Hoc credere vix possum! Quid porro<sup>4</sup>?“ Wigbert: „Deo gratias! Omnes Hessi hoc exemplo docti sunt. Bonifatio praesente subito nomen dei veri laudabant – nullo monente, nullo cogente.“

<sup>1</sup> **Hessi** die Hessen - <sup>2</sup> **baptizare** taufen - <sup>3</sup> **Iuppiter** hier: der germanische Gott Donar - <sup>4</sup> **porro** Adv. weiter

## Ω

## Lektion 24: Leben am Limes

### 24 E1

1. Miles timore motus amicum rogat: Quid vides? – Amicus: Homines.
2. Miles: Quos homines vides? – Amicus: Barbaros.
3. Miles: Geruntne arma? – Amicus: Arma non video.
4. Miles: Nonne nos temptant? – Amicus: Ita est.
5. Amicus: Num adhuc times? – Miles: Non iam timeo.
6. Amicus: Bene. – Miles: Sed ... multi(ne) an pauci barbari sunt?

### 24 T1: Imperium sine fine?

Marcus: „Consiste, barbare! Unde venis? Quas res portas in Germaniam, provinciam nostram?“ Marbod: „Quidnam audio? Dixistine ,Germaniam nostram? Nonne Germania, quae verbis tuis ,vestra' est, per multa saecula terra nostra fuit? An contendis Germanos quoque hanc regionem – ut vos – corripiusse?“ Marcus: „Augusto auctore huc pervenimus. Nunc domini sumus.“ Marbod: „Num credis vos – libertate nostra rapta – dominos bonos duci? Evidem hoc non intellego: Quare vos toti orbi imperare vultis? Qui finis imperio vestro erit?“

Marcus: „Superis ipsis placuit, ut Romani imperarent alienisque nationibus pacem donarent. Imperium sine fine nobis dederunt. Ante adventum nostrum Germani inter se usque bella gesserunt – nunc auctoritate Romanorum inter eos pax est. Antea singulae nationes suae tantum saluti consuluerunt – nunc

Romani saluti omnium nationum provident; nunc omnes nationes pacis comoda obtinent. Visne veram humanitatem discere an vivere ut bestia? Utrum hoc an illud?“

## Ω

### 24 E2

In consilio Germanorum:

1. Postulamus, ut Romani patriam nostram relinquant.
2. Hodie verbis petimus, ne hostis in Germania maneat.
3. Sed mox vi petemus, ut abeat.
4. Pugnabimus, ut e patria nostra expellatur.
5. Di magni, vos oramus, ut nobis auxilio veniatis.
6. Vos oramus, ut nos liberetis.
7. Cum libertatem amemus, servire non possumus.

**8.** Cum fortes simus et liberi esse velimus, arma capiemus.

**24 T2: Warum geht ein Barbar zur römischen Armee?**

Mogetissa Verecundae et Matrullae suae salutem dicit<sup>1</sup>. Iam multos dies contra barbaros pugnamus neque tamen vicimus. Labores tanti sunt, ut paene desperemus. Iterum atque iterum verba patris mihi in mentem veniunt, qui, cum a familia abirem, dixit: „Tune profecto in exercitu Romano pugnare vis? Cur nos prodere et barbarus contra barbaros contendere vis?“ Heri tribunus nos convocavit: „Cum quiescere velitis, cum vires deficiant, tamen hoc cogitate: Salus civium in manibus vestris est. Militum enim est cives ab hostibus defendere, cum civium sit milibus providere eosque omnibus rebus necessariis alere. Proinde barbaros prohibete, ne fines provinciae transeant omniaque extinguant.“

Mirum est: Barbarus cives Romanos ab aliis barbaris defendo. Sed, quamvis labores crebros sustineam, tamen haec omnia sponte mea facio. Mox enim mihi dabitur praemium, quod praestat cunctis praemiis: civitas. Tum vobis posterisque nostris item civitas erit. Valete!

<sup>1</sup> salutem dicit m. Dat. er (sie, es) grüßt

**Ω**

**24 E3**

1. Quamvis tribunus milites moneat, multi hodie quiescere volunt.  
Quamvis tribunus eos heri monuerit, hodie quiescere volunt.
2. Cum vires defecerint, milites pugnare non iam possunt.
3. Miles: „Quiesco, cum magnos labores sustinuerim.“
4. Etiam pugnam timeo, cum saepe violatus sim.“

**24 T3: Ein gigantisches Bauwerk**

Lucius: „Romani multa et utilia aedificia faciunt, quibus artem suam demonstrant. Non dubitamus, quin hanc artem ab Etruscis didicerimus, quin Etrusci magistri nostri fuerint. Ab iis arcus<sup>1</sup> aedicare didicimus.“  
Mogetissa: „Ingenium Etruscorum, quamvis architectura<sup>2</sup> ab iis inventa sit, me non movet. Narra tandem de Colonia, cum de eius magnitudine iam multa audiverim.“

Lucius: „Hoc bene scis: Ruri facile est fontem adire. Sed in urbe difficile est tot milibus hominum aquam praebere, cum fontes absunt. Itaque aquaeductu<sup>3</sup> aqua in urbem ducitur. In urbe Colonia autem miraculum<sup>4</sup> aspexi. Audi! Coloniam peto, cum iam diu hunc aquaeductum videre cupiverim. Et monstrum quasi aspicio: Ille aqueductus centum milia passuum<sup>5</sup> longus est! Quodam loco paene trecenti<sup>6</sup> arcus locati sunt! Nemo dubitat, quin ille omnibus aqueductibus imperii praestet. Vides: Romani arte sua naturam ipsam superant.“

<sup>1</sup> arcus, arcus m Bogen - <sup>2</sup> architectura Baukunst - <sup>3</sup> aquaeductus, us m Wasserleitung - <sup>4</sup> miraculum Wunder - <sup>5</sup> milia passuum Meile (1,5 km) - <sup>6</sup> trecenti, ae, a dreihundert

**Ω**

## Lektion 25: Geschichten aus der Provinz

### 25 E1

1. Romanus: „Quid tecum portas?“ – Germanus: „Semper interrogas, quid mecum portem:
2. Heri interrogavisti, quid portarem, et hodie idem interrogas.
3. Semper arbores porto. Nunc me interrogabis, aliasne res portem.“
4. Romanus: „Ita est. Dic, utrum solum arborem an etiam alias res portes!“
5. Germanus: „Di magni! Nescio, cur illi viro oculos dederitis.“
6. Romanus: „Nonne audivisti, quid te interrogavissem? Responde!“

### 25 T1: „Big business“ am Limes

Cum Publius Mogontiacum<sup>1</sup> pervenisset, servus Silii ex hospite quaesivit, cur venisset et quid vellet. Publius autem Silium ipsum adiit: „Salve! Tune scis, cur huc perrexerim et quid poscam? Milites tui, qui nihil agere debent nisi ad finem stare puellasque Germanas spectare, me impediunt, ne negotia agam. Saepe enim evenit, ut mercatores improbi contendant se portorium<sup>2</sup> solvere non posse. Quoniam milites tui mihi non adsunt, scire cupio, quo modo portorium parare possim. Profecto ab omnibus aes poscere debeo; nam ego ipse magna pecunia portorium ab imperatore emi. Nunc incertum est, num portorium emptum a mercatoribus accipiam. Nisi pecuniam imperatori datam recuperabo<sup>3</sup>, ipse maximum aes alienum faciam. Tu quoque scis, quam necesse sit vectigalia<sup>4</sup> ab omnibus exigi. His vectigalibus viae restituuntur, munitio-nes aedificantur, civibus ludi eduntur – et stipendia<sup>5</sup> militum solvuntur! Inde comperire volo, mihi adesse velis. Dic mihi, utrum milites tuos moneas, ut auxilio mihi veniant, an sinas nos omnes pecuniam perdere!“

<sup>1</sup> Mogontiacum nach Mainz - <sup>2</sup> portorium Zoll - <sup>3</sup> recuperare wiederbekommen -

<sup>4</sup> vectigal, vectigalis n Steuer - <sup>5</sup> stipendum Sold

### Ω

### 25 E2

1. Publius: „Equum celerem emere cupio.“ – Mercator: „Hic equus celeriter currit, domine.“
2. Publius: „Suntne eius oculi acres?“ – Mercator: „Hic videt tam acriter quam tu et ego.“
3. Publius: „Nisi currere vult, pellisne eum vehementer?“
4. Mercator: „Tibi clare dico: Hunc numquam pepuli.
5. Nam bonus equus est: Bene et libenter paret.“

### 25 T2: Ein schwieriger Rechtsfall

Scriba: „Nonnulli homines in via pilam<sup>1</sup> iactaverunt. Unus ex illis, cum celeriter curreret, pilam acriter iactavit. Itaque manus tonsoris<sup>2</sup>, qui prope servum radebat<sup>3</sup>, pila vehementer pulsa est. Tonsor ergo cultro<sup>4</sup> servum occidit. Hac calamitate aspecta undique auditus est clamor hominum. Alii dixerunt: ‚Hoc forte evenit! Nemo in culpa est.‘ Alii contenderunt omnes stulte egisse atque pariter in culpa esse. Tune clare dicere potes, quis horum trium nefarie egerit? Nonne ambo parum diligenter egerunt, et homo, qui pilam vehementer iactavit, et tonsor? An culpa est in servo? Nonne ille scire debuit se in periculo esse? Existimo illum minime in culpa esse. Evidem, si praetor essem, nescirem, quem damnarem.“

Flavus: „In patria quidem mea causa aliter agere-tur. Nos magistratus, qui iudicant, non habemus, sed scelerati apud concilium<sup>5</sup> gentis accu-

santur. Tum ab omnibus poena pro facinore constituitur. In hac causa is, qui pilam iactavit, domino servi occisi aes solvere deberet.“

<sup>1</sup> **pila** Ball - <sup>2</sup> **tonstor** Frisör - <sup>3</sup> **radere** rasieren -  
<sup>4</sup> **cultur, cultri** Rasiermesser - <sup>5</sup> **concilium** Versammlung

## 1

### 25 E3

1. Parvus: „Videte! Hic vir omnia ferre potest.“
2. Magnus: „Hodie unum saxum fero, mox duo feram.“
3. Populus: „Nonne magnas arbores fers?“
4. Parvus: „Ut vos parvas res fertis, ita hic arbores fert.“
5. Populus: „Nos quoque magnas res saepe ferimus.“
6. Parvus: „Sed ab hoc etiam silvae feruntur.“
7. Populus: „Quod animal ab eo fertur?“
8. Parvus: „Equum iam tulit; nuper elephantus ab eo latus est.“

### 25 T3: Pfirsiche in Germanien

In foro Publius mercatorem quendam eiusque servum poma<sup>1</sup> ferre vidit. Nesciens, qualia poma essent, dixit: „Quae poma fertis? Quo ea fertis?“ Responderunt: „Haec mala Persica<sup>2</sup> sunt. Ea ad praefectum afferimus.“ Publius: „Horum species mira et aliena est.“ Mercator: „Recte dicis. Haec poma a nostris differunt; cum his conferri non possunt. Amicus mihi rettulit Romanos ea ‚mala Persica‘ appellavisse, cum haec primum in Persia<sup>3</sup> cognovissent. Tum ab iis in Italiam illata sunt. Adhuc solum Persica, quae in Italia creverant, a me vendita sunt. Nunc autem, postquam arbores in Germaniam inferri iussi, agri etiam nostri Persica efferunt. Hoc anno primum Persica huius regionis offerre possum. Homines enim poma recentia praeferrunt. Omnem pecuniam contuli, omnia pertuli, ut arbores sub caelo aspero Germaniae crescerent et poma ferrent. Sed nunc rem non iam differam. Ad praefectum detuli mea Persica bene crevisse. Nos iam exspectat!“

<sup>1</sup> **pomum** Frucht - <sup>2</sup> **(malum) Persicum** Pfirsich (persischer Apfel) -

<sup>3</sup> **Persia** Persien

## 2

### Lektion 26: Menschen auf der Suche

#### 26 E1

1. **Magister:** Quis istum orbem fecit? Quid iste orbis indicat?
2. **Discipulus:** Nescio. Aliquis orbem fecit. Et orbis certe aliquid indicat.
3. **Magister:** Certe isti viro claro aliquod nomen est. Scisne nomen alicuius viri magni?
4. **Discipulus:** Aliqua nomina virorum clarorum mihi in mentem veniunt. Ii alias res invenerunt.
5. **Magister:** Narra tandem, si quid scis! Responde, ne quem alium interrogem!
6. **Discipulus:** Num quis me iuvare potest?

#### 26 T1: Thales und der Forscherdrang

Thales vir doctus erat; homines eum „sapientem“ nominaverunt. Aliquis certe scit, quibus rebus imprimis studuerit: Thales cum cupidus esset scientiae<sup>1</sup>, quaerebat, e quibus rebus terra constaret. Haec cogitabat: „Aliquid omnibus in rebus latet! Omnia ex eadem causa creata sunt; aliqua causa omnibus rebus communis est.“

Thales quidem putabat non aliquos deos terram creavisse nec mundum<sup>2</sup> aliquo casu factum esse. Haec erat eius opinio: „Si quid omnibus rebus commune est, certe est aqua. Num quod animal sine aqua vivere potest?“

Thales etiam motum caeli servabat. Quondam autem res mira ei accidit: Dum motum alicuius sideris clare lucentis<sup>3</sup> servat, in puteum<sup>4</sup> cecidit. Aliqua serva, cum id vidisset, eum risit: „O vir docte! Vere non sapis: Omnia misces. Si quis non cernit ea, quae in terra ipsa sunt, non oportet eum cursum siderum nocturnorum servare!“

<sup>1</sup> **scientia** Kenntnis, Wissen - <sup>2</sup> **mundus** Welt - <sup>3</sup> **lucere** leuchten -

<sup>4</sup> **puteus** Grube, Brunnen

## 1

### **26 E2**

1. Thales vir clarus erat: Unus e septem sapientibus vocabatur.
2. Quis erat clarior quam Thales? Quis erat sapientior?
3. Cui erat nomen clarissimum? Quis consilia sapientiora dabat?
4. Quis illo tempore erat vir clarissimus, quis sapientissimus?
5. Multi homines sapientissimi sunt.
6. Thales clarior erat; clarissimus omnium non erat.

### **26 T2: Solon, Krösus und das Glück**

Athenis<sup>1</sup> nemo sapientior erat quam Solo; immo Solo etiam extra Graeciam sapientissimus omnium vocabatur. Proinde Croesus, rex Lydiae<sup>2</sup>, eum in domum regiam invitaverat<sup>3</sup> magnisque cum honoribus receperat. Interea servos suos iussit Soloni omne aurum omnesque opes regni sui ostendere, quas intra domum clauderat. Croesus – credens neminem maiorem, divitorem, beatiorem esse quam se ipsum – e Solone quæsivit: „O Solo, qui plurimas terras vidisti et omnes res humanas divinasque cognovisti, dic mihi aperte: Quis est homo beatissimus?“

Rex tristis quæsivit: „Quin me beatissimum nominavisti, cum maximaे sint opes mihi, illis Atheniensibus<sup>4</sup> autem minores – immo minimae – fuerint? Num me cum Atheniensibus pauperibus comparas?“ Solo respondit: „Nullum regem vidi divitorem, nullum potentiom quam te; nunc feliciorem vitam agis, sed fortasse<sup>5</sup> brevissimo tempore iam infelix eris. Ego neminem beatum vocabo, priusquam ad vitae finem venerit: Tum demum licebit fatum iudicare, quod dei ei dederunt.“

<sup>1</sup> **Athenis** in Athen - <sup>2</sup> **Lydia** Lydien (Landschaft Kleinasiens) - <sup>3</sup> **invitare** einladen -

<sup>4</sup> **Athenienses** m Pl. die Athener - <sup>5</sup> **fortasse** Adv. vielleicht

## 2

### **26 E3**

1. Croesus Soloni filias suas ostendit: „Omnes pulchrae sunt. Sed quae pulcherrima est?“
2. Solo: „Miser sum, amice, immo miserrimus omnium.
3. Nam non solum difficile, sed etiam difficillimum est tibi respondere.

4. Omnes enim pulcherrimae sunt.
5. Prima est pulchrior quam secunda. Secunda est pulchrior quam tertia.  
Sed tertia est pulchrior prima.“
6. Croesus: „Di magni, nemo est Solone sapientior.“

### 26 T3: Sappho – die zehnte Muse

Sappho Alcaeо amico salutem dicit.

Epistula tua versus pulchros mihi attulit. Pulcherrima autem sunt illa verba, quibus crines<sup>1</sup> meos cum violis<sup>2</sup> comparavisti: „O violiplexa<sup>3</sup> Sappho!“ Nemo mihi umquam carmen pulchrius misit. Hi versus pulchiores et meliores sunt omnibus carminibus, quae cognovi. Quis nunc me est beatior? Evidem scio, quam difficile sit verba poetica<sup>4</sup> invenire; paulo difficilius est versus pulchros componere, difficillimum autem est carmina tam pulchra perficere, ut hominibus tristibus solacio sint.

Hoc tu versibus tuis effecisti.

Prioribus quidem annis tu carmina de bello et de re publica composuisti, ego de amore et nuptiis, de gaudiis et de pueris. Tales autem versus mihi miserrimae et ab omnibus relictae in isto exilio pessimo vix contingunt. Multi homines huius insulae carmina mea mollia vocant; molliora sunt, ut ipsi aiunt. Quid ego desiderem, vetus carmen meum tibi ostendet, cuius initium huic epistulae addidi. Vale!

„Alii exercitum equitum<sup>5</sup>, alii peditum<sup>6</sup>,  
alii navium aiunt terra in nigra esse  
pulcherrimum; sed ego aio illud,  
quod quis amarit<sup>7</sup>.“

- <sup>1</sup> **crinis, crinis** m Haar - <sup>2</sup> **viola** Veilchen -  
<sup>3</sup> **violiplexus** veilchenlockig - <sup>4</sup> **poeticus** dichterisch -  
<sup>5</sup> **eques, equitis** Reiter - <sup>6</sup> **pedes, peditis** Fußsoldat -  
<sup>7</sup> **amarit** ~ amaverit



## Lektion 27: Die Tragödie der Antigone

### 27 E1

1. „Aqua! Bona aqua!“ – „Tace!“ – „Cur bibere non vis?“
2. „Fabulam aspicere volo. Aquam emere nolo.“
3. „Et dominus, qui apud te sedet?“ – „Etiam ille non vult.“
4. „Vultisne cibos?“ – „Etiam cibos nolumus.“
5. „Cur non vultis? Boni sunt.
6. Hodie homines fabulam neglegere nolunt.
7. Heri autem fabulam neglexerunt; quam aspicere noluerunt.“
8. „Tace! – Noli dicere! – Ne quid dixeris!“

### 27 T2: Ein unmenschliches Verbot

**Creon:** Ne negaveris te scelus impium fecisse! Id praesidia mea aspicerunt. Volumus te aperte respondere; te tacere nolumus.

**Antigona:** Nolo tacere: Id feci, sed factum iustum fuit.

Quisnam vetare vult me fratrem carum in terra condere?

**Creon:** Ego rex sum, qui statuit leges; eas transcendere<sup>1</sup> non licet.

**Antigona:** Sed tu noli dare leges, quas dei nobis imponere noluerunt!

Maiores et meliores sunt divinae leges: Quas transire, rex, noli!

**Creon:** Tace, pessima! Ne quid dixeris! Ne contra regem peccaveris!

Superbia te impulit nec pia mens: Quod ne negaveris!

Regis sententiam legemque neglexisti: Cave poenam regiam!

**Antigona:** Poenas duras deorum timeo, non sententias hominum.

**Creon:** Is autem homo, qui terram patriam oppressit, „hostis“ vocatur.

Qui odio est mihi, etsi occisus est.

**Antigona:** At ego non odii causa, sed ut amarem, nata<sup>2</sup> sum.

**Creon:** Ergo ama mortuos et inferos; sed vivis ne restiteris!

<sup>1</sup> **transcendere** überschreiten - <sup>2</sup> **natus, a, um** geboren

## Ω

### 27 E2

1. Rex civibus imperat: „Tacet et audite legem novam!“

2. Populus se ipsum monet: „Taceamus et regem audiamus! Ne quid dicamus, dum rex dicit!“

3. Rex iubet: „Omnes homines legi novae pareant! Is, qui resistet, occidat! Ne venia detur scelerato!“

### 27 T2: Antigone – eine tragische Heldin

**Haemon:** O pater, ne id tantum audiveris, quod tu iustum aestimas!

Sed audiamus, quid cives cogitent, quid cives dicant!

Ne neglegamus sententias civium nostrorum!

**Creon:** Quid? Tune, adulescens, regem docere vis? Hoc incredibile est!

**Haemon:** Iam cives dicunt Antigonam esse innocentissimam<sup>1</sup>;  
cum fratrem impie offerri canibus feris noluit.

**Creon:** Illa peccavit contra ius legesque, commisit scelus.

Numquam illam tecum iungam; nec dos dabitur vobis.

**Haemon:** Furore caecus<sup>2</sup> es, pater! Tu nos non divides. Ergo pereamus  
ambo, Antigona atque ego! Mors nos coniunget.

**Creon:** Indigne fili! Te huius sermonis mox pudebit!

Custodes! Adducatur statim illa virgo ex aedibus! Ne in custodia  
maneat! Statim occidatur sub oculis sponsi<sup>3</sup>!

**Haemon:** Sub oculis meis ea non occidetur. Istud ne speraveris!

**Chorus:** O ingens factum! Rex, qualem mortem decrevisti virginis?

**Creon:** Claudatur viva, sola intra sepulcrum saxeum<sup>4</sup>,

quod nullus umquam pes humanus attinget. Eamus!

<sup>1</sup> **innocens, ntis** unschuldig - <sup>2</sup> **caecus, a, um** blind -

<sup>3</sup> **sponsus** Bräutigam - <sup>4</sup> **sepulcrum saxeum** Felsengrab

## Ω

### Lektion 28: Zeit für Veränderung

#### 28 E1

1. **Romanus:** „Multa de Graecis audivi. Utinam (Velim) haec omnia vera sint!

2. **Graecus:** „Utinam nihil falsum audiveris!“

3. **Romanus:** „Vos vitam dulcissimam agere audivi.

Utinam (Vellem) Graecus essem! Sed hoc fieri non potest.“

4. **Graecus:** „Di magni! Utinam plus de nobis audivisses! Sed hoc certe factum non est.“

5. **Graecus** secum: „Quam stulti sunt Romani! Saepe fit, ut errent. Utinam ne in Italiam venissem!“

### 28 T2: Griechenland hat uns verändert

**Flamininus:** Salve, Marce! Quid agis? Utinam valeas!

**Cato:** Evidem valem, sed urbem nostram hac aetate non iam cognosco.

Nonne scis in omnibus viis Romae Graecos esse? Quid factum est?

Opto, ut mecum venias! Ecce! Hic philosophi Graeci orationes periculosas<sup>1</sup> habent. Qui modo dicunt iustitiam<sup>2</sup> civibus usui esse, modo negant iustitiam necessariam esse – et populus istis orationibus levibus credit. Sed fit, ut mentes civium vehementer perturbentur. Utinam isti philosophi Romam mox relinquant! Abeant, domum redeant! Nam cives nostri voluptates Graecorum amant, libros Graecos legunt, potius disputare<sup>3</sup> quam laborare cupiunt, per totam noctem more Graecorum bibunt, vinum fundunt. Celeriter fit, ut vitia Graecorum Romanos corrumpant! Utinam ne Graeciam cepissemus! Facile enim Graecia capta victores nunc capit. Utinam mos maiorum plus valeret!

**Flamininus:** Velle ne tam durus in cives essem, quoniam ipse cultum Graecorum amare coepisti. Nonne ego apud te multa opera Graeca vidi? Nonne ipse linguam Graecam didicisti?

**Cato:** Recte dicas: Cum ego virtutes Graecorum colam, alii vitia eorum diligunt. Velim iuvenes nostri sapientes fiant; utinam cuncti cives more meo vitam agerent! Vale!

<sup>1</sup>**periculosus:** Adj. zu periculum - <sup>2</sup>**iustitia** Gerechtigkeit -

<sup>3</sup>**disputare** diskutieren



### 28 E2

1. Cato neminem salutat. Nam in curiam properat. Cato in curiam properans neminem salutat.

2. Cato curiam petit. Nam senatores monere vult (monebit). Cato senatores moniturus curiam petit.

3. Cato: „Periculum instat: Carthago bellum gestura est.“

### 28 T2: Ein trauriger Sieger

**Scipio:** Classe nostra trans mare veneramus Carthaginem capturi, non deleturi. Qui hoc accidere potuit?

**Laelius:** Scio, amice, te hoc noluisse. Semper in senatu sententiam Catonis reppulisti, qui iterum atque iterum dicebat: „Ceterum censeo: Carthago deleatur!“ Cato multique nobiles timebant, ne Poeni vires colligerent bella nova adversus nos gesturi.

**Scipio:** Cur Poeni foedus<sup>1</sup> ruperunt? Cur tam diu nobis restiterunt? Utinam legatio eorum ad me venisset pacem petitura! Libenter Poenis pepercisse, nisi per tantum spatium temporis milites nostros occidissent.

**Laelius:** Nemo tibi crimi dabit, quod officium imperatoris Romani praestitisti: Imperatorem enim hostes superbos extingue eorumque munitiones delere oportet.

**Scipio:** Huc veni Poenos poena affecturus. Certe urbem deleturus non eram. At spes me fefellit. Ecce! Illic magna incendia magnam urbem extinctura sunt: Fuit Carthago! Cur tanta calamitas facta est?

**Laelius:** Amice, te lacrimas fundere video.

**Scipio:** Flere me non pudet. Timeo enim, ne hoc fatum crudele etiam urbi nostrae instet. Nonne memor es fabulae de pernicie Troiae? Etiam Hector flens perniciem Troiae patriae providerat.

<sup>1</sup> **foedus, eris** n Vertrag

## Ω

### 28 E3

1. Iuvenis ridens: „Lege hoc carmen, amice!“ – Amicus: „Te hoc diligere video. Etiam me hoc dilecturum esse spero.“
2. Iuvenis: „Puto nos magna voce risuros esse.“
3. Amicus legit - nec ridet: „Hoc carmen senatorem honestum laedit. Puto id turpe esse et senatorem tristem futurum esse.“

### 28 T3: Diese Jugend von heute!

Cicero Attico suo salutem dicit.

O tempora, o mores! Verba mihi desunt: Catullus poeta ridens me carmine malo omnem dignitatem mihi abstulit – non putavi istum adulescentem me palam reprehensurum esse. Mihi quidem, cum iuvenis Romam venissem, tanta audacia non erat. Immo auctoritatem nobilium colebam, consilia senum libenter audiebam. Tunc sperabam me unum ex illis viris claris futurum esse. Post evenit, quod optaveram: Consul clarus civitatem a coniuratione civium corruptorum conservavi. Sed quid volunt Catullus eiusque familiares, qui poetae novi appellantur? Negant se umquam ad rem publicam accessuros esse; ostendunt se usque vitam otii plenam acturos esse. Isti iuvenes inter se convivia laeta habent, domi libellos et amorem diligunt, rem publicam virtutemque militarem neglegunt. Quotiens convenient, carmina sua tantum recitant. Confirmo me numquam habiturum tempus, ut legam carmina istorum poetarum. Quae carmina inania certe non legerem, etiamsi<sup>1</sup> mihi vita esset aeterna. Satis dixi. Vale!

<sup>1</sup> etiamsi auch wenn

## Ω

## Lektion 29: Der Dichter Horaz

### 29 E1

1. Prima puella dulciter cantat.
2. Secunda dulcior quam prima cantat.
3. Sed tertia dulcissime cantat.
4. Populus primam puellam multum, secundam plus, tertiam plurimum laudat.

### 29 T1: Nimm mich mit!

Ibam forte per forum diligentius aliquid cogitans, ut consuetudo mihi est, cum quidam vir mihi occurrit: „Quid agis“, inquit, „optime? Nonne me scis? Poeta clarus sum.“ – „Bene est“, inquam, „sed mihi non est tempus, quia quam celerrime amicum quendam visere volo.“ Dum celerius currere incipio, ille: „At poeta magni ingenii sum. Nemo me celerius centum versus scribere potest. Praeterea dulciter cantare et saltare<sup>1</sup> possum. Ecce! Quis membra mollius movere potest?“ Tunc ego: „Cur haec omnia mihi narras?“ Et ille manum meam prehendens: „Cum Maecenate familiarius vivis. Nemo vitam feliciorem agit quam ille.“ „Quid“, inquam, „ergo vis?“ – „Certe Maecenati me commendare<sup>2</sup> potes, ut conviviis eius interesse possim. Quin illuc me ducis?“ Respondi: „Maecenatem adire difficilius est quam putas.“ At iste: „Facillime mihi aditum parabo: Muneribus servos eius corrumpam.“ Et adiecit: „Ut

vides, omnes paene dolos scio.“ – „Non ita“, aio, „vivimus istic, ut tu existimas. Apud Maecenatem non ii plurimum valent, qui se sapientissimos putant. Neque is valet, qui aut multum possidet aut celerius carmina componere potest. Summam dignitatem habet is, quem Musae<sup>3</sup> diligunt. Vale!“

<sup>1</sup> saltare tanzen - <sup>2</sup> commendare empfehlen -

<sup>3</sup> Musae die Musen (Göttinnen der Künste)

## 1

### 29 E2

1. Maecenas: „Scribere res difficilis est. Ars scribendi difficilis est.
2. Itaque pauci homines ad scribendum idonei sunt.
3. Dei artem bene scribendi poetis tribuerunt.
4. Ego non solum pecunia, sed etiam laudando et monendo poetas iuvo.
5. Dum carmina audio, saepe oculos cludo. In audiendo saepe oculos cludo.“

### 29 T2: Statt Stadt Land

Horatius Tibullo suo salutem dicit.

Maecenas mihi rus parvum dedit, ut scis – tandem vere vivere possum!  
Nunc mihi iucundus modus vivendi est, Tibulle. Illuc cum me recepi,  
urbem raro desidero. Ruri tantum remanere volo. Specta mortales illos, qui  
in urbe vitam incertam agentes et mille in negotiis occupati artem bene  
vivendi omnino neglegunt. Ego autem ruri nec vulgo nec clamore homi-  
num perturbor. Neque invidia neque cupiditas aurum quaerendi me  
sollicitant. Quiescendi causa saepe sub aliqua arbore sedeo. Quam iuvat  
pecora laeta videre, quam iuvat carmina avium<sup>1</sup> audire! Hic quiescendo  
et tacendo et cogitando delector, hic maxima mihi voluptas libros legendi  
est. Vita rustica<sup>2</sup> mihi tempus  
gratum ad scribendum pree-  
bet. In illo otio mihi iucun-  
dissime vivere licet. Scisne  
dictum Epicuri, illius philoso-  
phi divi Graeci? „Carpe diem!“  
Ego libenter concedo me ruri  
more Epicuri vivere. Ruri otio  
delector, ruri tempus vivendi  
differre non possum. Vale!

<sup>1</sup> avis, is Vogel - <sup>2</sup> rusticus, a, um ländlich, bäuerlich

## 1

### Lektion 30: Nachdenken und Weiterdenken

#### 29 E1

1. „Homines deos non timent. Homines deos non verentur.
2. Deos neglegi posse putamus. Deos neglegi posse arbitramur.
3. Etiam ego deos neglegi posse arbitrata sum.
4. Nunc fateamur nos erravisse!
5. Nam dei terram moverunt, cum eos non vereremur.
6. Itaque totam familiam moneo: Veremini deos et sacra facite!
7. Pollicere ac iura, Calpurnia, te Neptuno sacrum facturam esse!

**8.** Nam suam quisque sortem deis committere debet, ut suspicor.“

### 30 T1: Sind die Menschen den Göttern gleichgültig?

**Nicodemus:** Hercule! Iam diu vitam in Campania ago et in aedibus patris tui moror. Numquam vero talis pernicies nos incessit.

**Calpurnia:** Quam perniciem dei nobis intulerunt, quia parum eos verebamur; apud nos sibi quisque proximus erat. Lydia serva heri memoravit Neptunum tridente<sup>1</sup> terras mariaque turbavisse, quia ira vehementi commotus esset. **Cras**<sup>2</sup> cum Lydia Neptuno sacrum faciam. Arbitrarisne deos nobis ignoturos esse?

**Nicodemus:** Te precor, Calpurnia, ne tam stulta sis quam Lydia. Cur suspicabamini motum terrae a deis effectum esse? Dei quidem terram non moverunt. Depone igitur timorem deorum, Calpurnia! Immo ratione pare! Audi dicta Epicuri philosophi! Dei, ut Epicurus ratus est, vitam aeternam ac beatam sine curis procul a terra agunt. Nescio, cur sacerdotes semper auxilium deorum polliceantur. Epicurus enim docet deos felicissime viventes neque homines tueri neque omnino res humanas curare. Itaque homines res humanas curare oportet; suas quemque res curare oportet.

**Calpurnia:** Si vera est ea sententia, fateor stultum esse deos vereri.

<sup>1</sup>tridens, ntis m Dreizack - <sup>2</sup>cras Adv. morgen

## Ω

### 30 E2

Nicodemus:

1. „Lydia putat deos aut nos tueri aut calamitates moliri.
2. Sed dei apud nos nihil moluntur.
3. Procul a nobis vitam beatam agunt. Nec vident homines pati nec audiunt eos queri.
4. Si tu dolores páteris vel ego patior – dei non moventur.
5. Ipsi autem dolores non patiuntur, numquam queruntur.
6. Utinam homines exemplum deorum sequerentur!“
7. Nicodemus consilium cum Lydia his de rebus loquendi capit.
8. Lydiae dicit: „Sequere Epicurum! Epicurum sequens beate vives.“

### 30 T2: Pflücke den Tag!

**Calpurnia:** Pater multis in officiis occupatus multa molitur, semper in re publica versari solet. Saepe experior, quam raro ei sit otium. Precare patrem, Nicodeme, ne me neglegat! Velim pater habeat tempus mecum colloquendi!

**Nicodemus:** Ne questa sis! Te hortor, ne patrem reprehendas! Pater enim negotia sua sequitur.

**Calpurnia:** Mihi in mentem veniunt dicta Horatii poetae, quae me docuisti: „Dum loquimur, tempus iam fugit. Itaque carpe diem!“ Cum semper cogitem, quo modo homo diem carpere possit, ostende mihi: Diesne carpitur, cum pater negotia in foro agit, cum totum fere diem causas agit? An diem carpit, cum curis solutus familiae et amicis se dat?

**Nicodemus:** Diem carpit, qui voluptates sequens dolores non patitur. Id, quod sensus nostros delectat aut quo quisque gaudet, voluptas est: Alius – velut pater tuus – communi saluti consultit, alias magnas opes sibi parat et sua tantum commoda curat, alias libros legit.

**Calpurnia:** Constat me maximam voluptatem consequi, cum pater

tempus sibi sumit multosque sermones mecum habet.

**Nicodemus:** Bene loqueris. Porfiscar et patrem tuum hac prece aggrediar.

**Calpurnia:** Utinam pater id consilium sequatur, Nicodeme!

## Ω

### **30 T3**

1. Nicodemus: „Epicurus, magister noster laudandus, forum fugit.
2. In libro legendo plura comperit quam in foro.
3. Libro legendo etiam mens nostra exercetur.
4. Ad libros legendos silentium quaerimus.
5. Itaque Epicurus consilium turbae fugiendae dedit.
6. Cupidus hoc consilium sequendi sum. Cupidus huius consilii sequendi sum.“

### **30 T3: Was machst du aus deinem Leben?**

**Calpurnia:** Toga virili accepta plurimam operam studiumque ponis in legibus discendis, in moribus maiorum imitandis.

**Severus:** Certe eosdem honores persecui volo quos pater et avus. Haec via recta est ei, qui – e gente nobili ortus – ad causas agendas natus est.

**Calpurnia:** Sed audi: Nicodemus, magister noster amandus, ratus est deos summo otio quasi vitam beatam ac contentam agere. Si deis pares esse volumus, nos e negotiis recipere et vitam privatam agere debemus. Sic hominibus est tempus vitae beatae agendae, etsi mori nobis necesse est.

**Severus:** Nicodemus errat. Pater mihi praecipit, ut causis agendis maximam voluptatem consequar. Scio exempla multorum virorum, qui virtute maiorum imitanda summos honores consecuti sunt.

**Calpurnia:** Sed Nicodemus mihi ostendit, quibus verbis Epicurus philosophus usus sit: „Sapiens ulti non accedet ad negotia publica.“ Cur plerique homines parati non sunt ad vestigia Epicuri sequenda?

**Severus:** Tace, Calpurnia! Otium tantum petere Romanos pudet. Non e libris legendis neque e fabulis philosophorum audiendis, sed e negotiis publicis et exemplis maiorum voluptatem capiam. Verus enim sapiens dixit: „Moribus antiquis res stat<sup>1</sup> Romana virisque.“ Nunc vero in forum progrediar.

<sup>1</sup> **stare** m. *Abl.* hier: beruhen auf

## Ω

### **30 E4**

1. Severus: „Pater meus vir laudandus est. Pater meus laudandus est.
2. Rem publicam diligendam esse dicit.
3. Officia publica – ut ait – fugienda non sunt.
4. Si quid faciendum est, non quaerit: ‚Quis hoc faciet?‘
5. Immo dicit: ‚Hoc mihi faciendum est. Rei publicae semper consulendum est.
6. Maiores enim rem publicam nobis tuendam tradiderunt.“

### **30 T4: Wie frei bin ich wirklich?**

**Calpurnia:** Severus libenter in foro versari videtur. Cur eandem vitae viam ingredi cupit ac pater?

**Mater:** Studium Severi laudandum est, cum frater tuus actiones atque causas neglegendas non esse putet. At tibi, Calpurnia, alia officia praestanda magna que onera ferenda sunt. Nam curam domus remittere mulieri ne audeat!.

**Calpurnia:** Iam diu, mater, mecum agitabam, qui cursus vitae mihi sequendus esset. Non familiam tantum curare mihi cordi est – nunc tandem scio, quo modo utilia perficere possim: Tibi confiteor, quanta cupiditas mihi sit munera obstetricis<sup>1</sup> suscipiendi.

**Mater:** Scilicet munus obstetricis laudandum esse videtur; te vero non decet<sup>2</sup>. Manifestum est te iuveni nobili mox nupturam esse. Tum marito providere consuesces. Tibi semper marito tuo parendum erit. Etiam liberi quam optime tibi alendi atque instruendi erunt.

**Calpurnia:** At voluntate vobisum vivendi commotus viro nubere nolo;  
Nonne libera nata sum? Cur nos feminae solum ad parendum et pariendum natae sumus? Cur mariti nobis liberos alendos atque tuendos tradunt? Ego cursum vitae ipsa diligere cupio.

<sup>1</sup> **obstetrix, icis** f Hebammme - <sup>2</sup> **decet** m. Akk. es gehört sich für jdn.